

**Augustini De Balthasar J.U.D. Et Prof. Ord. R. Consistorii Directoris Jurisprudentia, Secundum Ordinem Institutionum Imp. Justiniani In Tabellas Subjunctis Subinde Succinctis Definitionibus Ac Divisionibus Redacta, Et Exercitiis Disputatoriis Proposita**

**Exercitium II. : B. C. D. Die XX. Septembris MDCCLVI. H. L. Q. C. Publice Ventilandum**

Gryphiswaldiæ: Stannis Struckianis, [1756]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877008892>

Band (Druck) Freier  Zugang










V. K. — 2 (56.)












AUGUSTINI DE BALTHASAR   
J. U. D. ET PROF. ORD. R. CONSISTORII DIRECTORIS  
JURISPRUDENTIA,  
SECUNDUM ORDINEM  
INSTITUTIONUM  
IMP. JUSTINIANI

IN  
TABELLAS  
SUBJUNCTIS SUBINDE SUCCINCTIS DEFINITIONIBUS  
AC DIVISIONIBUS REDACTA,  
ET  
EXERCITIIS DISPUTATORIIS  
PROPOSITA.

---

EXERCITIUM II.

B. C. D. DIE XX. SEPTEMBRIS MDCCLVI.

H. L. Q. C. PUBLICE VENTILANDUM.

---

RESPONDENTE

ABRAH. CHRISTOPH. TRENDELENBURG  
GRYPH. POMER. LL. STUDIOSO.

---

GRYPHISWALDIÆ  
STANNIS STRUCKIANIS.



MUSEUM HISTORICUM  
PHYSICUM  
MUSEUM HISTORICUM  
PHYSICUM

MUSEUM HISTORICUM  
PHYSICUM

MUSEUM HISTORICUM  
PHYSICUM

MUSEUM HISTORICUM  
PHYSICUM

MUSEUM HISTORICUM  
PHYSICUM



VIRO  
AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,  
CONSULTISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
ABRAHAMO DROYSEN,  
CONSILIARIO AULICO ATQUE DOMANIALIUM REGIS  
BONORUM PROCURATORI  
MAXIME CONSPICUO MERITISSIMO,  
PATRONO,  
FAUTORI ET EVERGETÆ SUO  
QUOVIS HONORE NUNQUAM NON PROSEQUENDO,  
PATRINO,  
OMNI, QUÆ DECET, OBSERVANTIA, PIETATE  
AD CINERES USQUE OBSEQUENTER COLENDO,  
DEVENERANDO.



VIRO

AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

CONSULTISSIMO ACERVO,

DOMINO

ABRAHAMO BROYSER

CONSILIO ATQUE ADIUTORIO

IN OMNIBUS REBUS

MAXIME COMENDUO MITISSIMO,

EXTIMO,

EAUTORI ET EVANGELISTAE SUO

GRATIAS HONORE HONORUM PROSCRIBO,

PATRINO,

OMNI QUA DECEAT OSSERVANTIA, PIETATE

AC CURET USQUE OPEROSITATE COMENDO,

DEUS VESTRIS

PROFUNDISSIME IN OMNIBUS REBUS

MAXIME COMENDUO MITISSIMO,

1708



## VIR

AMPLISSIME, EXCELLENTISSIME, CONSULTISSIME  
PATRONE ÆTERNUM VENERANDE!



Inter alia TUÆ in me benevolentiae signa  
singulare hoc & sane maximum benefi-  
cium, quo me parvulum ex sacro fonte  
fidei sponsor suscepisti jure meritoque tantum mi-  
hi esse ducendum fateor, omnium ut odio turpis-  
simaque ingrati animi nota dignus essem, si obser-  
ventiam gratissimamque meam benevolentiae be-  
neficiique TUI memoriam palam atque ingenue  
testatam dandi ullam omitterem occasionem. Id  
est, quod me inprimis, ad omnia officiorum gene-  
ra, pro meritis TIBI praestanda, nullo non tempore  
accinctum paratissimumque harum pagellarum ini-  
tium a TUI nominis gloria facere easque in devin-  
tissimae gratissimaeque mentis meae tesseram sacra-  
tas TIBI dare impulit. Serena accipias fronte hoc  
quantulumcunque sit munusculum eique, quod  
submisle precor, eadem ad benignitatem TUAM  
aperta



aperta pateat via, qua carissimus pater ante viginti  
duo annos, dissertationem suam humillima TIBI  
offerens manu prævius est ingressus. Quo lætius  
atque jucundius est Parentis sequi vestigia, eo cer-  
tius audaciæ meæ veniam abs TE mihi polliceor.  
Quod reliquum est, etiam atque etiam omni sub-  
missione TE rogo, eo, quo antea in me fuisti, be-  
nevolo animo, in posterum ne desinas meque to-  
tum & studia mea TIBI commendata habeas. Mi-  
hi quidem nil sanctius erit, nil antiquius, quam ut  
Deum O. M. venerer, ut TE quam diutissime re-  
bus humanis interesse, omniaque, quæ provide su-  
scipis, consilia ex voto saluberrima fluere jubeat.  
Vale & favore perpetuo dignare

Excellentissimi Nominis TUI

Gryphiæ,  
d. XVIII. Septembris  
MDCCLVI.

cultorem devotissimum

ABRAH. CHRIST. TRENDELENBURG  
GRYPH. POM. LL. STUD.





## Amice Suavissime!

Conatus eorum, qui certas Theses, amœnitatem Legum Romanorum, & applicationem earum ad statum hodiernum, concernentes, publice proferrunt atque defendunt, maxima laude dignissimos esse, nullus est, qui dubitat. Utilitati diversarum Juris materiarum, erudito certamine, magnus accedit cumulus. Dimicantes quoque, studia acrius profequendi, finemque, quem proposuere obtinendi, flagranti cupiditate impelluntur. Ejusmodi exercitationes igitur magno usui esse, prono fluit alveo. TU, Amice Charissime presenti tuo proposito, laude, quam supra narraui, TE dignissimum reddis. Lætus atque cupidus, amplissimum Jurisprudentiæ ingrediens campum, prima vice, hodierna luce cathedram conscendis, legibus, ac sana ratione armatus, dissentienti, temere, & intrepide TE obvium sistis. Sine dubio Victor redibis. Amore, erga TE impulsus, & Ego TIBI ex animo gratulor, sincerissimo pectore optans, ut in splendorem CLARISSIMÆ TUÆ FAMILIÆ, ac in utilitatem TUAM, aliquando diligentia, quas meruisti, fructus percipias. Deus exaudiat vota. Vale, mihi que favere perge. Quod ad me attinet, totus in eo permanebo, ut semper TUIS quantum potero, inferviam commodis. Qui sum

TUUS ad quævis officiorum genera

Dabam Gryphica,  
d. XX. Sept. Anno 1756.

paratissimus  
C. D. REHFELD,  
Regii Dicaster. Referendar.

Præniobilissimo nec non Doctissimo

Dn. CHRISTOPHORO ABRAHAMO  
TRENDELENBURG,

Amico suo suavissimo publice disputanti

S. P. D.

Amicus & Adversarius

DAV. THEOD. de BALTHASAR, LL. Cultor.

Consuetudo ac amicitia, quæ teneris jamjam ab unguiculis inter Nos intima intercessit, Tuaque eruditio, indefessæ ac singulari diligentia semper a Te ad litteras collata, respondens sat est digna, quæ summis efferatur laudibus eisdemque publicis. Sed ne humanitatem Tuam multis encomiis offendam, laudum Tuarum me non agam explicatorem. Prouti a primis pueritiæ temporibus in via litteraria pari ac sociali passu hæcenus ambulavimus, sic etiam in arena hæc disputatoria. Haud parum enim gaudiorum mihi peperit, Te pro secunda, hujus operis utilissimi sane cujusque parte stare, pro cujus prima, ante aliquod tempus me quidem, adversariorum objectionibus objicere, conabar. Gratulor Tibi, Amice suavissime, de hoc solidæ eruditionis specimine luculentissimo. Gratulor & mihi in certamen a Te provocato, quod  
amicum



amicum spero; ita, ut, siquidem victoria Tuis a partibus stare, tamen mihi est solatium amicum esse victorem; & non est, quod verear, ne opima ex me referret spolia. Gratulor interim Tibi de victoria a Te expectanda palma, quam Te esse reportaturum nullus dubito. Secundet summum, quod veneror Numen, in posterum Tuis feliciter coeptis. Dirigat studia Tua felixque ingenium in sui gloriam, patriæque salutem. Servet Te ad ultimum mortalitatis terminum semper semperque sanum ac sospitem Tuis & mihi amico in perpetuum sincerissimo.

Dabam Gryphæ anno currentis seculi quinquagesimo sexto, Die Calendarum Octobris decimo quinto.

---

Prænobilissimo atque Doctissimo  
Domino Respondenti  
**CHRISTOPHORO ABRAHAMO  
TRENDELENBURG,**

Amico suo optimo

S. P. D.

**CHRIST. FRIEDER. JUNGHENDEL,**  
Sundia-Pomeranus.

**E**ximum persentisco gaudium, mihi occasionem dari, de felici rerum Tuarum successu Tibi gratulandi. Conscendis in cathedram, egregiam pulcherrimamque hanc dissertationem publice defensurus. Latus ex docto hoc certamine abibis victor, & clara Tibi non deficient trophæa. Quid enim indefessa, quam semper in litteras adhibuisti, diligentia, quid animi dotes ingenius stipatæ doctrinis aliud augurari faciunt, quam felicissimos hosce progressus? Choro igitur gratulantium cur me non associarem? Immo gratulor Tibi ex animo de tam insigni perfectionum Tuarum specimine. Conservet summus rerum arbiter Te semper saluum atque incolumem! Benedicat etiam in posterum studiis atque laboribus Tuis! Sic benedictione divina cum laboribus Tuis conjuncta fortunæ Tuæ accedet cumulus. Interim amicitia, quam hactenus Tecum colere mihi contigit, Tuo ne unquam extinguatur pectore, est quod ingenue Te obsecro atque obtestor. Me Tibi spondeo perenniter devinctissimum fide nec unquam intermorigura. Vale!





a b c d

vel *Quasi*, qui in servitute quidem non erant, ad *annuum tamen*  
*Canonem* erant adstricti; quem solvebant

vel in *erarium publicum*; ut

1. RUSTICANI; qui  *censum frumenti* *erario* præstabant.

2. CENSITI; qui *Censibus adscripti*, non minus annuum præ-  
 stabant canonem.

vel *Domino privato*; ut COLONI; qui erant

vel *simplices*; qui *jure Contractus* pro annuo Canone agrum  
 colebant.

vel *conditionales*; qui, *se per 30 an. Coloni fuissent, in eadem*  
*conditione permanebant.*

vel *perpetui*; qui *perpetuo j. Colonario* habitabant.

vel GERMANI; qui, *qua statum suum sunt liberi homines*; *qua*  
*operas saltem servis equiparantur*; & sunt

vel MERCENARII; qui pro certa mercede *operas suas nobis loca-*  
*runt*; & quidem

vel *indeterminate*; ut *Famuli & Ancilla.*

vel *determinate*; ut *Operarii, qui ultra conventas operas non te-*  
*nentur*; de quibus ad Tit. *Loc. Cond.*

vel HOMINES PROPRII, *Leibeigene Leute*; quorum non ubique  
 eadem est conditio.

RUSTICI, *Bauren*, in genere dicuntur qui rus colunt; qui &  
 liberi homines esse possunt, licet ad certa servitia determinata  
 Nobilibus, vel dominis fundi, possint esse adstricti. Quales dantur  
 in Saxonia. A quibus differunt *Baumannen*, quo nomine in quibusdam  
 Civitatibus, etiam hic in Pomerania, veniunt *Cives sub ur-*  
*bani*, qui prædia ad patrimonium Civitatis pertinentia colunt, &  
 certum Canonem certaque servitia, in veteris inprimis consisten-  
 tia, præstant. Dicuntur etiam *Bauwitzer*; quia ad Civitatem re-  
 cesserunt, (*gewichen*) ejusque Clientelæ semet submiserunt.

Apud nos in POMERANIA Homines proprii, qua operas alias-  
 que præstationes indeterminatas, servis æquiparantur & sunt

vel RUSTICI PLENI, *Voll- oder Ganz-Bauren*, qui *integram*  
*Hubam agri culti*, (*eine Landhufe sadigen Ackers*) co-  
 lunt, & ideo etiam *per integram fere septimanam jumentis ser-*  
*uire tenentur.*

vel DIMIDIATI, *Halb-Bauren*; qui saltem *dimidiam hube* co-  
 lunt.

D



a b c  
lunt, & sic quoque ad *dimidiam saltem quantitatem servitio-  
rum* sunt adstricti.

vel **COSSATI**, **Roffen** s. **INQUILINI**, Einliegere, qui saltem *qua-  
drantem hube*, veletiam *nihil agri* possident, & sic, solummodo ad *operas manuaris* obligati sunt.

*Originem, naturam atque indolem servitutis Pomer. & rerum, huc pertinentium, data opera profecutus sum in diversis Dissp. quæ hunc Titulum præfixum habent, & in quibus omnis hæc materia plene exhausta est.*

Sunt autem **HUBÆ** in Pomerania varii generis.

1. Eine *Heger-Hufe*, welche hält = 60 Morgen.  
& æquiparatur in Contributionibus einem ganzen Erbe, oder Gie-  
bel-Hause in denen Städten.

2. Land-Hufe von = 30 Morgen.  
quæ regulariter intelligitur & æquiparatur einem halben Erbe.

3. *Haacken-Hufe* von = 15 Morgen.  
quæ æquiparatur einer Bude, oder Keller.

**MANSUS** autem constat 300. Quadrat-Ruthen.

Eine Ruthe aber hält 8 Ellen, oder 16 Schuh.

v. Meine *Deconomisch-Juristische Anmerkungen über Schwes-  
ders Tract. von Anschlagung der Güther in Pommern* p. 28.

I. Considerandi autem hic sunt *Modi Constituendi* servitutum;  
qui sunt

vel *Naturalis*; qui fit *natura operante*, scil. per **NATIVITA-  
TEM**; qua proprie non introducitur, sed saltem propagatur  
servitus; & hic **VERNA** dicitur. **WURFEL** *cl. §. 58.*

Quamvis ex illicito concubitu ancillæ cum persona libera fit na-  
tus. *Parrus enim ex illegitimo-matrimonio semper sequitur ven-  
trem, i. e. conditionem matris.* Hodie vero, cum nostri **H. P.**  
legitimum contrahant matrimonium, partus, in matrimonio natus,  
sequitur conditionem patris.

vel *Juris Gentium*; utp. **CAPTIVITATE** *in justo bello*; unde *servi*  
a servando, & *Mancipia*, quia manu capiebantur, dicti. Pendent  
tamen interim jura Captivi; ita, ut distinguatur,  
num quis *decesserit* in Captivitate; quo casu mox eo tempore,  
quo captus, *decessisse* fingitur, & quidem *fictione* **L. COR-  
NELIÆ.**

num vero *reveterit* in Civitatem, & fingitur, ipsum e Civitate  
nunquam abfuisse; ideoque omnia jura, quæ ipsi salva manent,

a b c

recu-



recuperat; idque *jure POSTLIMINII*; saltem quod ad ea, qua facti sunt, nova & corporalis requiratur apprehensio.

Hodie per captivitatem nunquam inter *Christianos* inducitur servitus; sed Captivi honeste habentur & soluto Lytro redimuntur. Ne quidem *Turci* a Christianis; vel Christiani, a Turcis capti, apud nos pro servis habendi, ut quidem THOMASIVS opinatur.

vel *Juris CIVILIS*; ut MAXIMA CAPITIS DIMINUTIO, qua fit

1. per *servitutem poenae*; utp. si quis ob delicta sua publica vel *capitis damnabatur*, vel in *metallum condemnabatur*, vel *bestiis subjiciebatur*.

Hodie capitis damnati ingenere libertatem & civitatem retinent, ita, ut Testamentum condere possint. Exceptio saltem est in crim. *Perduellionis* damnatis.

2. per condemnationem *Liberti ingrati* erga Patronum.
3. si major 20 annis *se se venditari passus* & de pretio participaverit. §. 4. *J. de J. Person.*

vel J. GERMANICI; utpote

1. per Jus WILDFANGIATUS, quo homines vagabundi in terris quibusdam Germaniae, ultra annum degentes, quasi feri capiuntur & servituti subjiuntur.

Quod Jus inprimis Electori Palatino competit; & olim etiam in Rugia nostra obtinuisse asserit Dn. HARTMANNUS, in *Progr. praemisso Disp. in aug. Dn. HELWIGII de Different. J. Pomer. & Rugiani*. Helm. 1730. quo tamen tribus saltem verbis hujus consuetudinis sit mentio, nec speciatim hanc materiam tractat, ut quidem putat WURFFEL. c. l. §. 61. Ast vereor, ne uterque confuderit Jus Wildfangiatus, cum jure isto, quod Principes Rugiae sibi vindicabant, in vindicandos liberos illegitimos; de quo egi in *Disp. m. all. Cap. IV. p. 106*.

2. per MATRIMONIUM, si libera persona servo nubit, vel hic servam stupravit & illam seducit. Qui mos etiam in Pomerania & Rugia servatur. v. *all. Disp. m. p. 99*.
3. per PRÆSCRIPTIONEM 30 annorum. v. *all. Disp. p. 107*.
4. alicubi per solum *Domicilium*; ut indigitat antiquum Proverb. germ.: *Die Lust macht leibeigen*; Id quod etiam nonnullibi locorum in Rugia observatur.

vel LIBERI homines, qui nullius potestati dominicae sunt subiecti; *l. qui independentia gaudent actionum, ab imperto coexistentium, in societate civili.* & hi sunt



a b

vel INGENUI; qui  
 vel vere tales, scil. a liberis parentibus nati.  
 vel in iusto matrimonio, a libero patre, licet matre serva.  
 vel extra illud; a matre vel tempore conceptionis; vel partus;  
 vel etiam per unicum momentum intermedio tempore. v. pr.  
 J. de Ingen.

vel Quasi; qui, licet tales non sint, ingenuorum tamen fruuntur iuribus, ut

1. qui natalibus restituti. l. 3. ff. de Natal. rest.

2. qui jus aureorum annulorum ab Imperatore acceperant. l. 4. sqq. ff. de J. aur. annul.

3. qui iudicis sententia tales declarati. l. 25. de stat. hom. Conf.

WURFELII Jurisprud. definit. §. 55. sq.

vel LIBERTI; qui servitute erant manumissi.

vel LIBERTINI, qui ex libertis nati; ex quibus iterum nati, demum fiebant ingenui.

Est vero MANUMISSIO a manu datio; s. abdicatio domini, quod quis in servum habet. Et hic considerandi sunt

I. Modi manumittendi; quatenus manumissio fit

vel a Lege,

vel ipso jure; utp. si quis primum necem domini detexerit;  
 vel desertorem militiæ; vel raptorem virginis detulerit.

v. Disp. meam all. Cap. de Manumiss. p. 30.

vel Prescriptione, pro conditione circumstantiarum vel 10.  
 vel 20. vel 30. annis. M. f. p. vero, s. profugus, nunquam  
 prescribit libertatem. v. Disp. all. p. 46.

vel a Domino; & quidem

vel verbis;

vel inter vivos, & hoc

vel judicialiter; utpote 1) Lustrali censu. 2) Vindicta. 3)  
 in S. S. Ecclesiis. 4) Adoptione, vel saltem nominatione filii. §. 12. de Adopt.

vel extrajudicialiter; & quidem

vel ore tenus; abhibitis V. Testibus.

vel in scriptis; mediante epistola; a Domino & Testibus subscripta.

a b c d

vel



a b c d  
 vel *ultima voluntate* ex LL. XII. Tab. & quidem  
 vel *pure*; verbis scilicet  
 vel *directis*;  
 vel *expressis*; & hi dicebantur **ORCINI**. f. **CHARONITÆ**,  
 quod Patronum in Orco haberent.  
 vel *tacitis*; v. g. si Dominus eum *heredem scripserit*; si  
 filio suo servum *tutorem* dederit; vel disposuerit, ut  
*pileatus funeri suo antecedit*.  
 vel *precaris*; & tum heres fiduciaris retinebat J. Patronatus.  
 vel sub *conditione*; s. *incertum diem*, & *Statu liberi* dicebantur;  
 plenam tamen non habebant libertatem ante conditionis,  
 vel diei, existentiam. v. t. *Tit. ff. de statu liberis*.  
 vel *factis*; ex voluntate scilicet tacita; utp. si *instrumenta*, e quibus  
 servi conditio probari potest, ipsi tradat; si servam in *matrimo-*  
*nium* duxerit; si servo *feudum* dederit; si cum ipso *accubuerit*;  
 quo casu per *convivium* manumissus censebatur; it. *Ejectione* &  
*intolerabili savitia*. v. HEINECC. *Inst. Tit. de Libertinis*.

2. *Effectus*, qui est

vel intuitu *Libertorum*, quod accipiant aliquem statum; dum fiunt  
 vel *Cives Romani*; qui *majorem & justam libertatem*, s. *statum in-*  
*genuorum* accipiunt. De quibus paulo ante.

vel *Latini*; qui *minorem*, qualem scilicet habebant socii *Latini*.

vel *Dedititii*; qui *infimum* consequabantur; qualem habebant gen-  
 tes, quæ sese dederant Romanis, & parum differebant a servis.

v. *Joh. IX. 23. §. 3. I. de Libertis*,

vel intuitu *Domini*; cui servabatur *Jus PATRONATUS*, ob benefi-  
 cium liberto concessum; quo eundem quasi de novo generave-  
 rat, dum ex re jam fiebat persona. Unde Patronus quasi pater  
 erat liberto, qui etiam nomen Patroni assumere solebat. Hoc Jus  
*Patronatus* consistebat

I. in exhibitione *Operarum*, quæ erant

vel *officiales*, quæ consistebant

vel in *faciendo*; ut gerere Patroni negotia.

vel *non faciendo*; quod contra Patronum non testari, nec  
 eum absque venia in jus vocare possit.



- a b c d
- vel *artificiales*; quæ & *fabriles* dicuntur, pro quibus debebatur præmium.
2. *alimentorum*, si Patronus indigebat.
3. in *successione tertia* partis hereditatis sine onere, si locupletem reliquerit hereditatem.
3. *Contraria*; quibus scil. impeditur Manumissio vel *in totum*; ut per *L. Æliam Sentiam*, qua prohibetur dominus manumittere in fraudem creditorum; §. 3. *I. h. & minor 20 an.*, nisi coram Magistratu & ex justis causis. §. 4. *sq. I. h. t.* vel *in tantum*; ut per *L. Fusiam Caniniam*, qua saltem certum numerum servorum domino in testamento manumittendi facultas relinquebatur: Quæ lex tamen, ut libertati invida, ab Imperat. sublata est. v. *Tit. 3. de L. Fusia Canin. toll.*

II. CIVITATIS; quo homines considerantur *quatenus in unam societatem civilem, que ex Magistratu & subditis constat, coaluere & ad communem utilitatem promovendam communibus juribus & privilegiis utuntur.*

Hic status proprie spectat ad *Jus PUBLICUM*; Unde etiam TRIBONIANUS in *Institutionibus §. Civilis* nullam ejus iniecit mentionem; Interim tamen potiora ejus capita hic non sine fructu delibanda sunt.

Consideranda autem hic veniunt:

- I. Qualitas ipsius CIVITATIS; quæ pro forma nostri Imp. R. G. est vel *universalis*; quam constituit *universum IMPERIUM R. G.* vel *Particularis*; quam singulæ Provinciæ STATUUM Imperii, quibus in suo territorio *Jus SUPERIORITATIS* competit, conficiunt; De *superioritate territoriali* Principum Imperii eorumque varia conditione plenius agitur in *Jure publico*; & in compendio hac de re videbis *Meine Anmerkungen über die Pom. Kirchens Ordn. p. 37. & 39. sqq.*
- vel *Particularissima*; quam *singula CIVITATES*; quæ sunt vel *IMPERIALES*; quæ *immediate subjecta sunt Imperio*, & in Comitibus Imp. sessionem & votum obtinent. Et sunt vel *liberæ*; *freye Reichs-Städte*; quæ *præ aliis majoribus privilegiis ac prerogativis gaudent, & semper Imperatorem immediate recognoscunt; nec quidquam ex aquila Romana in insignibus suis habent.*

a b

c d

vel



a b c d

vel *simplices*; quæ *integram aquilam, vel partem ejus, in insigni habent, & aliis quondam subjectæ, postea vero exemptæ fuere.*

vel *PROVINCIALES*; quæ *in Provinciis Dominorum territorialium sitæ, eorundem dominio subjectæ & non nisi mediate Imperio sunt subjectæ; & sunt*

vel *MUNICIPALES*; *Land-Städte*, quæ *Principi territoriali ejusque Cancellariæ immediate sunt subjectæ. Et hæc iterum, ratione Privilegiorum & sessionis in Comitibus provincialibus, sunt*

vel *Privilegiatæ, Vorsitzende,*

vel *Minus, Nachsitzende.*

vel *PRÆFECTORIALES, Amts-Städte*; quæ *immediate agnoscunt Jurisdictionem Præfecti Principis.*

vel *NOBILIUM, Herren Städte*; quæ *Nobilem agnoscunt dominum ejusque Jurisdictioni subsunt. Conf. SCHILTERI Prax. Jur. Rom. in foro Germ. Exerc. III. §. 7.*

Potest autem Civitas adhuc specialiori sensu concipi; Quemadmodum videmus in Civitatibus municipalibus, in quibus florent *ACADEMIÆ*; quæ & nomine *Civitatum Academicarum* & ipsi *Academici* nomine *Civium Academicorum* veniunt. Reliquæ Societates particulares, in Civitatibus occurrentes, nomine *COLLEGIORUM, s. CORPORUM* indigitantur. *v. t. Tit. ff. de Collegiis illicitis.*

II. PERSONÆ secundum hunc statum consideratæ, sunt

vel *CIVES*; qui *juribus ac privilegiis Civitatum fruuntur, & considerantur*

a. pro diverso conceptu ipsius *Civitatis*; quo sunt

vel *Cives Imperii*; quales sunt *omnes, in Imp. R. G. degentes, juriumque Imperii capaces.*

vel *certarum Provinciarum Imperii*; qui *juribus, in his receptis, fruuntur.*

vel *specialium Civitatum*; qui *juribus ac privilegiis, certæ Civitati indultis, gaudent; & iterum sunt*

vel *Urbani*; qui *intra menia degunt.*

vel *Suburbani, Vorstädtische*; qui *extra menia; hinc olim Pfahlsbürgere; quasi aufferhalb den Pfählen habitantes, dicebantur. Unde vox gallica Fouxbourg.*

a b c d

b. in.



a b c d

b. intuitu *nexus civilis* cum Civitate, sunt  
 vel *proprie tales*; qui præstito juramento *HOMAGII*, s. *Civico*,  
 in album Civium recepti, hinc privilegiis Civium utuntur  
 & oneribus civicis subjacent. & sunt  
 vel *Originarii*, qui a parente *cive* per *nativitatem* hoc jus  
 acquisivere.  
 vel *Voluntarii*, s. *Assumpti*; qui demum per *adscriptionem*  
*in matriculam* tales facti.

vel per *analogiam*; qui dicuntur

1. *INCOLÆ*, s. *INQUILINI*; *Einlieger*, qui *extra Civium*  
*quidem numerum* in Civitate habitant; Quales sunt *Offici-*  
*ciales Principum, Academici &c.* MEVIUS in *Quest.*  
*prelim. Com. ad Jus Lub. 3. per tot.*

2. *ADVENÆ*, s. *FORENSES*, s. *HOSPITES*, *Gäste*; qui  
 non nisi *temporariam moram* in civitate agunt. MEV.  
*c. l. Qu. 4. it. Disp. m. de Jure Peregrinorum singulari*  
*circa Processum.* vulgo: *Gast-Recht*; Gryph. 1742.

3. *CIVES HONORARIJ*; qui *nequidem in loco Civitatis de-*  
*gunt, interim tamen de jure & privilegiis ejus par-*  
*ticipant.*

Hos omnes alio sensu inter *Peregrinos* refert SCHILTER  
 in *Disp. de J. Peregrinorum* §. 15. Ext. in *Praxi fori germ.*  
 p. 157. Sunt tamen quodammodo *Cives* & utuntur in fa-  
 vorabilibus, vel quibusdam, *juribus Civitatis.* Quod di-  
 citur *JUS INDIGENATUS.*

c. Ratione *Officiorum*, s. *Munerum* publicorum, sunt  
 vel Personæ *PUBLICÆ*; quæ *munus, vel officium aliquod publi-*  
*cum, sustinent*; & quidem

vel intuitu *Collegii SENATUS*, s. *Senatorii*, des *Raths Colle-*  
*gii*, & hi sunt

vel *Regentes*; ut *Magistratus*; qui constat

1. *CONSULIBUS*; qui sunt *primarii*, penes quos est *con-*  
*vocatio Magistratus, directio Consiliorum, inspe-*  
*ctio in ceterorum Officialium functiones*; quod spe-  
 ciale Collegium dicitur *das Consulat.* Ex quibus  
 alternis vicibus unus est *Consul dicens, der Wort-*

a b c d e f g h

habende



a b c d e f g h

habende Bürgerm. penes quem tum est directorium, qui consultanda proponit, vota colligit & decreta publicat.

2. SENATORIBUS, qui in partes Consiliorum & curarum trahuntur, & diversis funguntur officiis; dum alii sunt Camerarii, Cammererz-Herren, alii Postlicez; alii Gerichts; alii Waisen-Herren &c.

vel OFFICIALIBUS; qui sunt a ministerio & quidem vel Principales; ut Syndici, Notarii s. Secretarii, Registratores &c.

vel Minus principales; ut Ministri inferiores; e. g. Pedelli.

vel intuitu Collegii Civium, cui quis adscriptus est; quo veniunt

1. Die Alter-Leute der Kaufmanns-Compagnien und Gewerker.

2. Das Collegium der 100 oder 50 Männer; qui representant totum ordinem civium, cum singulos cives convocare difficile sit.

3. Die Acht-Männer; qui representant quasi den engern Ausschuss der Bürgerschaft; cum quibus res civitatis communicantur quando collegum civicum convocare non licet, vel non opus est.

vel Privata, qua extra officium aliquod publicum sunt constituti.

d. Ratione dignitatis civilis sunt

vel NOBILES; qui singulari pra aliis fulgent dignitate atque precedentia s. praedria. Quorum nobilitas est

vel perpetua, s. sanguinis, s. generis; quod cum sanguine in omnes descendentes propagatur; & qua haec sunt

vel Nobilissimi; qui majestate gaudent; ut IMPERATOR, qui fons dicitur omnis nobilitatis; PRINCIPES; DUCES, Landz & Marg-gravii; & hi dicuntur illustrissimi. v. alleg. Anmerkung über die R. Ordn. c. 1.

vel Nobiliores; ut COMITES & BARONES; qui dicuntur illustres. v. c. 1.

vel Nobiles simplices; qui sunt

a b c d e f g

E

3 0 b 0 vel



a b c d e f g

vel *Immediati*, f. *Liberi nobiles*, freyer Reichs-Adel; qui *Imperatori & Imperio immediate subjunt*.

vel *Mediati*; qui per *Dominos suos territoriales Imperio mediate sunt subjecli*. Huc etiam in *Civitatibus eminentioribus* pertinent *PATRICII*. Sunt a. hi nobiles mediati iterum

vel *Land-sassii*, f. *Schrift-sassii*, f. *Canzleygesesse* ne; qui *Principi territoriali ejusque Cancellariae immediate sunt subjecli*.

vel *Amts-sassii*; qui *forum immediate coram Praefectura Principis sortiuntur*. v. *SCHILTERI Disp. de Land-sassii & Amts-sassii & Schrift-sassii, in Exercit. ad ff. p. 445.*

vel *Civilis*, f. *Restricta*, & quidem

vel ad *totum Collegium* in concreto;

vel ad *certam aliquam personam*, ita, ut *singula individua ejusmodi collegii*; vel *certae personae hac, ad personam suam restricta*, splendeant nobilitate; ut *Comites Palatini, Doctores, Licentiati, Magistri; Officiales Principis*, officium aliquod, nobili dignitate fulgens, sustinentes; die in der Rangordnung aufgeführt. Et haec nobilitas cum ipsa persona expirat.

vel *NON NOBILES*, qui sunt

imi *gradus*; quorum refertur a) der *Ehren-Stand*; utp. die *Magistrats-Personen, Rauffleute*; b) *Mercatores*, qui ratione professionis, f. societatis, der *Compagnie*, cui addicti, sunt 1) *Kornhändler*, 2) *Gewandschneider*, 3) *Mülzer und Brauer*, 4) *Krahmer &c.*

2di, ut *Opifices, Handwerker*, auch *Künstler*, qui ratione officii ac fodalitii, des *Gewerks, Zunft, oder Innung*, cui operam dant & adscripti sunt, distinguuntur. Sunt vero *Opificia*

vel *geschlossene*; quorum *primaria sunt die 4 Haupt-Gewerker*; als *Schneider, Schuster, Schmiede, Becker*,

a b c d e f

vel



a b c d e f

vel ungeschlossene; quorum pertinent die gemeinen Handwerker, die kein Amt oder Zunft haben.

3<sup>ii</sup> gradus sunt die Tagelöhner, qui nudam operam manuariam exercent.

e. ratione Militiæ sunt

vel MILITES; qui defensionem Civitatis suscipiunt; & sunt vel militiæ cælestis, s. spiritualis; ut CLERICI, die Geistlichkeit; De quibus in Jure Canon. dicendi locus est.

vel Civilis, s. Togatæ; qui in foris, vel scholis, jus agunt; & dicuntur quasi milites.

vel Armata, s. Sagata; qui ab eo, cui jus bellum gerendi competit, in militiam sunt lecti & juramento firmati; & sunt

vel actu militantes; utpote

1. in procinctu, s. conspectu constituti; die wirklich en ordre de bataille rangiret, oder in der Action begriffen.

2. in Castris degentes; die im Feldzuge, oder Lager, stehen.

3. in Præsidii commorantes; die in Guarnison liegen.

vel Veterani, s. Missi, abgedankte; & quidem vel ad tempus tantum; die annoch auf der Exspectance stehen und Wart-Gelder genießen.

vel in perpetuum; & quidem vel ex causa honesta; die zuweilen Gnaden-Gelder genießen.

vel inhonesta; die vom Regiment gejaget werden.

vel PAGANI, s. Non Milites; qui ingenere sunt

vel Literati; qui studiis & artibus liberalibus; ut Doctores, Studiosi;

vel Illiterati; qui artibus illiberalibus, ut Mercatura, vel officio operam dant.

f. Ratione fame, s. existimationis civilis, sunt

vel integra famæ; qui illesa dignitate & existimatione in Rep. fruuntur.

vel Infames; qui turpi facto maculam bonæ suæ existimationis contraxere.

vel ipso jure; si factum illud speciatim a lege fuit notatum;

a b c d e f

E 2

Idque



a	b	c	d	e	f	Idque
						vel <i>immediate</i> ; nulla præcedente <i>sententia condemnatoria</i> ; ut in delictis notoriis.
						vel <i>mediate</i> ; scil. <i>mediante prævia sententia condemnatoria</i> , in delictis non adeo per se notoriis.
						vel <i>facto</i> aliquo turpi, lege non præcise notato.
						vel <i>levis nota macula laborantes</i> ; qui <i>ex opinione vulgi inter abjectissimos referuntur</i> , licet nullum delictum, vel vitium morale, commiserint; ut <i>Spurii, Lictores, Carnifices</i> .
						Olim plures alii hac macula a vulgo notabantur; quorum tamen famæ prospexit <i>Ord. Imp. pol. de 1548. T. 37. &amp; 1577. T. 38.</i>
						g. Ratione <i>fortune ac facultatum</i> sunt
						vel <i>integre fortune</i> ;
						vel personæ <i>miserabiles</i> ; utp. <i>Pauperes, Viduæ ac Virgines, Orphani &amp;c.</i>
						vel <i>PEREGRINI</i> ; qui <i>extra locum Civitatis, nec ejusdem jurium participes sunt</i> , & dicuntur
						vel <i>absolute</i> tales; nullo habito respectu ad certam civitatem; quales sunt <i>Vagabundi</i> .
						vel <i>secundum quid</i> ; respectu certæ alicujus Civitatis; & hi sunt
						vel <i>FOEDERATI</i> I. <i>SOCII, Bundes-Genossene</i> ; qui <i>communem causam cum civitate, cujus socii sunt, agunt</i> ; vel ejus clientelæ sunt subjecti; quales dicuntur <i>Schutz- und Schirms-Genossene</i> .
						vel <i>HOSTES</i> , qui <i>adversa contra Remp. moluntur</i> ; quorum intuitu invaluit brocardicum: <i>In hostem quicquid licet</i> ;
						vel <i>NEUTRI</i> , qui <i>a nullius partibus stant</i> ; die <i>neutral sind</i> .
						In his Peregrinis locum habet <i>Jus ALBINATUS</i> ; quasi <i>alibi, s. trans Albinatus</i> ; quod in Gallia, ad similitudinem antiquæ Romanæ Latinitatis, contra extraneos, eum in effectum, ut, deficientibus liberis, <i>Fiscus</i> succedat; in Germania autem pariter contra Gallos jure retorsionis exercetur.
						III. ipsum <i>JUS CIVITATIS</i> ; quod consideratur
						quæ modum <i>Constituendi</i> , quatenus nempe contrahitur
						1. <i>Nativitate</i> ; in originariis civibus.
						2. <i>Affumtione</i> , seu <i>Inmatriculatione</i> & præstito <i>Homagio</i> , vel <i>Furam. civico</i> . De utroque modo, jam egimus.
						3. <i>Domicilio</i> ; scil. per <i>habitationem in loco</i> ; & hoc est
						vel



a b

vel *commune*; ut Roma. cujus tamen hodie nullus superest usus.

vel *proprium*, s. *peculiare*; quod est

vel *Naturale*, s. *Originis*; quod iterum

vel respectu *Parentis*; ubi scil. *Pater alicujus est legitimus*

*civis*; unde usus loquendi: *Vater-Land, Vaters-Stadt*. Et

hoc erat immutabile; hodie tamen non amplius attenditur.

vel respectu *propriae nativitatis*; unde *Geburts-Stadt*.

Quod de *J. Civ.* itidem est immutabile, & hodiernum eo us-

que attenditur, donec quis aliud sibi elegerit.

vel *Accidentale*; quod constituitur *per habitationem certo in loca,*

*animo perpetuo ibi consistendi, institutam*; Et hoc est

vel *Necessarium*, quod quis *ex necessitate* habet; v. g. *Uxores,*

*Senatores Romæ, Confinati.*

vel *Voluntarium*, quod *libera voluntate* quis sibi constituit.

b. qua modum *exercendi*; quatenus se se exerit

i. in *Communione MUNERUM* atque *ONERUM Reip.* Quæ sunt

vel *Personalia*, proprie *MUNERA*, s. *OFFICIA civilia*, vel *pu-*

*blica dicta, quæ publicæ utilitatis causa a Magistratu Civi-*

*bus offeruntur, vel imponuntur*; Et hæc personæ in hærent

animique provisione ac corporalis laboris intentione *expe-*

*diuntur.* Et sunt

vel in sensu *latiori*: *Quasi publica*; quæ *principaliter ad pri-*

*vatorum; secundario vero ad Reip. utilitatem spectant.*

Et ita dicuntur

vel ratione *auctoritatis*; quod *publica auctoritate publicæ*

*utilitatis gratia, etiam invitis, imponantur*; ut *Tu-*

*tela & Cura.*

vel ratione *exercitii*; ut *Advocatura, Notariatus.*

vel *strictiori*; quæ vere publica dicuntur, quia *directo ob uti-*

*litatem publicam injunguntur.* Et hoc sensu *Officium* est

i. vel *Honoratum*; & in sp. dicitur *HONOS*, denotatque *pro-*

*curationem Reip. cum gradu dignitatis* vel *præstantio-*

*ris, vel vilioris.* Quo spectat

a. *Jus Magistratus*; de quo antea.

b. *Jus OFFICIALATUS*, speciatim *LEGATIONIS*; Est

v. *LEGATUS persona publica, ab eo, penes quem jus*

E 3

a b c d e f



a b c d e f

mittendi est, ad negotium publicum gerendum aliorum missa. Et considerantur Legati

a. intuitu *causae efficientis*, scil. ratione Principalis, seu mittentis; quod mittantur vel a summo Principe; utpote

vel ab *Imperatore* aliisque *Regibus*, vel *Principibus territorialibus*.

vel a *Papa*; qui *Responsales* dicuntur, quia *Responsa*, i. mandata ipsius nomine exequantur, & hodie sunt

vel *Legati nati*, ratione *sedis*, i. *Ecclesiae suae*.

vel *Apocrisarii*, i. *Responsales in sp.*, qui *ex ordine Episcoporum ad certum genus negotiorum mittuntur*.

vel *Legati a latere*; qui a *Comitatu Pontificis ex ordine Cardinalium*, & non nisi ob graviores causas mittuntur

vel a *Republ.* & dicuntur

vel *AGENTES*;

vel *CONSULES*; qui *in negotiis, mercaturam respicientibus*, mittuntur.

vel a *Communitate*, *Universitate*, vel *Collegio*, & dicuntur *DEPUTATI*.

b. ab adjectio dignitatis *charactere* sunt

vel *cum charactere*, scil. repræsentatio,

vel *primi ordinis*, qui Legati per excellentiam, *Gesandten*, *Ambassadeurs*;

vel *secundi ordinis*, qui *Ablegati*, *Abgesandte*, *Envoyez*, appellari solent.

vel *sine charactere*, nudo mandato instructi; quales novo vocabulo *Ministres accredites* vocantur.

c. ratione *objecti*, i. negotii commissi, sunt

vel *ordinarii*; qui nec ad certum aliquod negotium, nec ad breve tempus, sed ad quævis occurrentia tractanda mittuntur.

a b c d e f g h

vel



a b c d e f g h

vel *Extraordinarii*; quibus specialia negotia, brevi tempore expedienda, commissa sunt.

d. ratione *potestatis* sunt

vel *cum libera*; qui *Plenipotentiarii* hodie audiunt.

vel *sine libera*, qui nil concludere possunt; sed de negotiis obvenientibus Domino suo referre tenentur.

vel *Non honoratum*; quod est *sine dignitatis & honoris gradu*; & est

vel *honestum*; quod magis animi sollicitudine, quam corporis ministerio exercetur; & hoc aliqualem honorem conciliat.

vel *sordidum*; quod potissimum corpore perficitur; ut *Jus SEQUELÆ*, die *Landfolge*; *EXCUBIARUM*, *Wachen*.

2. vel *Armatum*; quod ad rem militarem pertinet; quale *Milites* gerunt. De quibus antea.

vel *Togatum*, quod ad civilem aliam causam principaliter constituendam tuendamque pertinet; ut *Administratio rerum Civitatis*.

vel *Realia*, s. *Patrimonialia*; ONERA dicta, quæ rei inherent & præstantur ob patrimonium, vel bona, ab illorum possessoribus; & sunt

1. vel *ordinaria*; quæ imponuntur propter utilitatem, vel necessitatem ordinariam.

vel *extraordinaria*; quæ propter extraordinariam.

2. vel *mere realia*; quia simpliciter rebus imponuntur, nullo ad personas habito respectu. Cujus species sunt

a. *VIARUM ac PONTIUM munitio*, *Brücken- und Wege-Besserung*.

b. *ANGARIARUM exhibitio*, *Paß-Führen*.

c. *HOSPITATIO*, die *Einquartierung*; quæ est

vel *Nuda*; quæ solius hospitalionis causa præstatur, & dicitur, *das bloße Oblager*.

vel *Non nuda*; quæ cum sumptibus patrimonii est conjuncta; e. g. die *Servicen*.

vel *Mixta*; scil. quodammodo *personalia* & quodammodo *realia*; quia personis propter res indicuntur. Huc spe-

Etat

a b c d



a b c d

stat Jus CENSUS, quod est *descriptio publica personarum, vel rerum, ad eas pertinentium, ad aequalem oneris impositionem tendens*; & dicitur TRIBUTUM, CONTRIBUTIO; quæ est *penfitatio publica, quæ fit superiori in Reip. ad Civitatis tuitionem*. Et est,

a. ratione causæ efficientis ac finalis,

vel *Universalis*, quæ fit *Principi simul in recognitionem universalis domini*, & colligitur in *æratio publico*; & est vel *Imperialis*, *die Reichs-Steuer*, qua *Status Imperii, secundum determinatam in Matrícula Imperii taxam, in commune Imperii commodum conferunt*.

vel *Circularis*; quæ *Imperii Circulis imponitur & ab iis exercetur*.

vel *Particularis*; quæ *indicitur a Dominis, s. Magistratibus singulorum territoriorum*; & iterum est

vel *Universalis*; s. *Provincialis*, quæ *a dominis territorialibus universa Provincia subditis indicitur*.

vel *Particularis*; quæ, pro diversitate corporum contribuentium, vel pro recepto collectandi, vel subcollectandi modo, indicitur

vel *Nobilibus*, *denen Adelichen*;

vel *Præfecturis Regiis*, *denen Königl. Aemtern*;

vel *Civitatibus municipalibus*, *denen Städten*; quæ *consensu Civium ab his exigitur*; Unde proprie dicitur COLLECTA. olim *Uhr s. Uhrbede*.

b. ratione Objecti varii est generis. Sic innotuit

I. CENSUS CAPITIS, qui *personis viritum imponitur*; & quidem

vel *ingenere, omnibus Civibus, s. Incolis*, & dicitur proprie *CAPITATIO*, *die Kopf-Steuer*.

vel *non possessionatis tantum*, ad sublevandum *possessionatos*; & dicitur *der Neben-Modus*.

2. PECORIS, qui *pro quantitate pecoris, quod quis habet, alicui imponitur*; *die Vieh-Steuer*.

3. FACULTATUM; quæ *pro quantitate cujusvis patrimonii imponitur*. *Vermögen-Steuer*.

a b c d

b. vel



a b c d

vel omnibus & singulis Civibus, & dicitur die Vermögen-  
Steuer.

vel saltem certis personis, in casu

1. Emigrationis; & dicitur CENSUS EMIGRATIONIS, qui  
est Jus, Domino territoriali, vel etiam Magistratibus,  
ex consuetudine circa bona Civium, domicilium mutantium,  
competens; quo certa portio in redhostimentum exhibitæ  
protectionis & imminuti tributi solvitur.

2. transferendæ hereditatis, & dicitur Jus DETRACTIO-  
NIS; quo eodem modo circa hereditates, a peregrinis  
heredibus alio transferendas, decima ejus pars exigi so-  
let; unde & sub nomine DECIMARUM, vel Juris DE-  
CIMANDI venire solet. v. Disp. m. de Jure Detractus,  
quatenus in Pomerania obtineat. Gryp. 1745.

3. Huc pertinet Ufus CHARTÆ SIGILLATÆ, die Steuer  
des Stempel-Papiers; qui litigantibus in judicio, vel  
etiam publica documenta conficientibus, injunctus. v. Re-  
pertorium m. ordinationum judicialium Pomer. pag. 128.

vel Mixta officia, quæ personali opera & patrimonii sumptibus  
prestantur.

2. in Ufu COMMERCIORUM & negotiationis; quo spectat

1. Jus NUNDINARUM; Sunt autem NUNDINÆ conventus homi-  
num mercandi gratia, auctoritate publica instituti certis-  
que privilegiis muniti. Sunt

vel vulgares, s. Hebdomadales, die Wochen-Märkte; quæ or-  
dinantur a quovis Magistratu municipali.

vel Solennes; quæ conceduntur

vel a Principibus territorialibus.

vel ab Imperatore, auditis tamen prius Civitatibus vicinis;  
vulgo Messen dictæ.

Origo denominationis Messe, s. Missæ, repetenda est ex con-  
suetudine veteris ecclesiæ, qua, finita concione, ante distri-  
butionem S. Cœnæ Catechumeni dimittebantur, Diacono pro-  
clamante: *Ite, missa est*, scil. Ecclesia. Ex quo, finitis  
sacris, commerciis indulgebant. v. Disp. m. de J. Principis  
circa Baptism. p. 94.

a b c d

F

12. Jus



a b c d

2. Jus CONDUCENDI; quo *Magistratus iis, qui commerciorum causa civitatem frequentant, securum transitum per territorium suum præstat. Gem. das Geleit. Quod fit vel solis literis; quæ dicuntur litera salvi Conductus, sicerer Geleits-Brief.*  
 vel *adjunctis militibus, s. equitibus, qui transeuntes conducunt, qui dicuntur Geleits-Reuter. Solvitur vero a transeuntibus Pedagogium, Geleits-Geld.*
3. Jus EMPORII; quod est *ius cum exteris & peregrinis quibusvis, summo Principe protegente, libere maritima commercia exercendi.*
4. Jus STAPULÆ, s. *stapularium, quod est ius in usum & commodum incolarum, auctoritate Principis in vectas merces in suo foro, vel sumine publico sistendi, mediante ex positione mercium. Et hoc est vel plenum, quod habet annexam vendendi necessitatem.*  
 vel *minus plenum; quod saltem exonerandi mensurandique necessitatem importat; quod proprie Jus CRANII, ab instrumento illo tractorio, gruem repræsentante, Krahn, oder Kranich, dicitur; quo utilitati vectigalium adversus fraudes mercatorum per mensurationem mercium transvehendarum providetur.*
3. in Jure FISCO; quod consistit in jure erigendi publicum *Aerarium, s. recipiendi pecuniam publicam eamque esservandi, & prout necessitas exigit, in communes Reip. usus iterum distribuendi; Denotat. a. Fiscus proprie einen grossen geflochtenen Korb, darin man allerhand Sachen einwirft und aufbehält. Sumitur vero vox Fisci vel pro ipso Fisco; & denotat*
1. *locum, ubi pecunia fiscalis & instrumenta huc spectantia concluduntur; hodie nobis die Renterey-Cammer.*
  2. *rem contentam; ipsam scil. pecuniam fiscalem, die Cammer-Gefälle, ad usus publicos destinatum & variis ex causis comparatam.*
  3. *ipsam publicarum rerum universitatem; quæ omnes res omniaque Reip. jura, ad commodum pecuniarium spectantia,*

a b c

tia,



a b c

tia, complectitur; ita, ut, quod in privato est patrimonium, illud in Rep. sit fiscus. Unde proverbium: *Quod non capit Christus, capit Fiscus*, & sic est

vel *Generalis*, qui competit *Imperatori, Regibus aliisque Rebuspubl., summam potestatem habentibus.*

vel *Particularis*; quem habent *superiorem recognoscetes* ex singulari privilegio, vel præscriptione immemoriali.

vel pro *Jure Fisci*; & hoc sensu sumitur iterum

vel pro *jure fiscum habendi, augendi & tractandi*; sic regulariter soli Principi competit. Moribus tamen etiam quandoque Civitatibus municipalibus.

vel pro *jure singulari, quo fiscus utitur*; quod respicit

vel *Judicialia*, quibus in *actibus judicialibus* truitur;

vel *Extrajudicialia*; quæ versantur

vel circa *Conventiones*;

vel *successiones*, scil. qua *bona vacantia & confiscationem* bonorum damnatorum.

c. Qua modum *tollendi*, s. *finiendi*; quo definit aliquis esse Civis; id, quod contingit

vel modo *naturali*; ut *Morte*.

vel *civili*; ut

1. RESIGNATIONE ac novi cujusdam Civitatis juris acquisitione

2. EMIGRATIONE, quando *quis sedem mutat & res suas alio transfert*; quæ cuilibet licita, modo non catervatim ac per modum seditionis suscipiatur; Interim tamen est

vel *Necessaria*; si quis domicilium mutare tenetur; ex causa

vel *bonesta*; utp. officii publici;

vel *inhonesta*; utp. si quis confinatur, vel in exilium mittitur.

vel *Voluntaria*; quæ contingit ex causa

vel *prægnanti*; utp. ob denegatum liberum religionis exercitium; quod omnibus Imperii subditis per Pac. Relig. ac Westph. indultum.

vel *spontanea*; quo casu alicubi major Censu emigrationis solvi solet. De quo supra. p. 41.

3. CAPITIS DEMINATIONE, vel potius *demptione*; quæ est *prioris status privatio*; & quidem

F 2

vel



a

vel MAXIMA; qua etiam status Libertatis tollitur. De qua supra p. 97.  
 vel MEDIA; qua, salvo statu libertatis, solum status Civitatis & Jus  
 Quiritarium tollitur. Cujus species sunt

1. *Aqua & ignis interdictio*; qua quis cogebatur sponte subire  
 exilium.
2. *Deportatio*; qua quis vinctus in Insulam deportabatur.
3. *Dammatio ad Triremes*; s. ad opus publicum, wenn einer auf die  
 Galeren geschmiedet, zum Festungs-Bau, oder zum Zucht- und  
 Spin-Hause in perpetuum condemniret wird.
4. *Bannum* dicitur districtus, & pœna banni est, quando quis ob  
 flagitium, vel contumaciam, finibus districtus ejicitur, bonis &  
 feudis privilegiisque privatur; & dicitur Germ. die Acht; ab  
 ächten, oder ächt, i. e. Pein. & est

vel *Imperiale*, Reichs-Acht; quo quis auctoritate Imperatoris, vel  
 ejus Camerae, e finibus Imperii ejicitur; & est

vel *Inferius*, quo, bannifatus quidem ob contumaciam e ditione  
 Imperii proscribitur; ast, nec bona, nec famam amittit. Quo  
 etiam pertinet die Mord-Acht.

vel *Superius*, die Ober- oder Aber-Acht; quæ privationem hono-  
 ris ac bonorum secum fert, & reus quandoque cujusvis ludi-  
 brio ac læsioni exponitur, er wird Vogelfrey gemacht und zu-  
 weilen eine Summe Geldes auf seinen Kopf gesetzt.

vel *Provinciale*, quod proprie dicitur PROSCRIPTIO, die Land-Acht,  
 quando quis saltem a Domino territoriali e finibus Provinciae  
 ejicitur. Unde brocardicon: Male est scribere contra eos,  
 qui possunt proscribere.

vel *Civitatense*; quando quis a Magistratu municipali e finibus Civi-  
 tatis ejicitur; quod dicitur: jemanden in die Stadt-Feste erklä-  
 ren. Hujus species est

I. RELEGATIO, quæ fit

vel *ad tempus*; quo elapso relegatus facultatem redeundi habet,  
 nec adimit jus Civitatis.

vel *in perpetuum*; quando omnis spes redeundi præclusa; &  
 hæc est

vel *simplex*; quæ itidem Jus Civitatis non perimit.

a B

vel



a b

vel *cum infamia*; & hæc Jus Civitatis tollit.  
 vel MINIMA; quæ fit *salvo statu Libertatis ac Civitatis*. De qua  
 infra occurret.

Contra hanc Capitis deminutionem locum habet RESTITUTIO in  
 INTEGRUM; quando *quis contra amissionem Juris Civitatis in  
 pristinum statum restituitur*; quæ est

vel JUSTITIÆ, quando quis, *innocentia probata*, restituitur; &  
 hoc casu condemnatio habetur nulla, & condemnatus omnia  
 pristina jura, quasi ea non facta fuisset, recipit; & sic  
 etiam Patriam potestatem.

vel GRATIÆ, quando cuidam, non ob justitiam causæ, sed *ob me-  
 ram gratiam, venia datur & is in pristinum statum restitui-  
 tur*; estque

vel Plena, quando ad instar restitutionis justitiæ *omnia jura  
 recipit*.

vel Minus plena, f. *simplex*; quando saltem *potestas redeundi  
 in Civitatem, & restitutio jurium in futurum* conceditur.

Differt ab hac Restitutione

1. *Aggratiatio*; quæ est *pæna promerita remissio*;

2. *Dispensatio*; quæ est *ab obligatione Legis exemptio*. De quibus  
 infra agendi locus erit.

III. FAMILIÆ; scil. Status; qui est *societas domestica inter patrem fa-  
 milias & ejus potestati subjeetas personas*. Refertur autem vox  
 FAMILIA

vel ad Res, & significat *omnes res omniaque bona, quæ quis in patri-  
 monio suo habet*. Hinc est *familiam herciscere*.

vel ad Personas; & hoc modo collective denotat *corpus plurium perso-  
 narum, certa ratione inter se junctarum*. Et hinc est

vel Communis; quo sensu sub se comprehendit *omnes personas, ex ea-  
 dem gente per virilem sexum proditas*, f. qui ex communi stirpe  
 originem gentemque suam trahunt; ut *Familia Corneliorum*.

vel Propria; quæ denotat *corpus personarum domesticum, uni Patri  
 fam. subjectum*. Quo sensu sumitur

vel stricte, pro solis personis liberis, quæ patris fam. potestati sunt  
 subjectæ

vel natura; ex Potestate patria; ut *Filii & filia fam.*

F 3

vel



vel *jure*, per *Conjugalem* societatem; ut *Uxor*, quæ & *Mater familias*,  
 item *Matrona* audit. v. WURFFEL. c. l. §. 69.  
 vel *Late & generaliter*; quo sensu refertur etiam ad *servos*; nam &  
 horum *Familia* est & ipsi sunt de familia. v. WURFFEL. c. l. §. 68.  
 Hoc modo personæ, in familia existentes, sunt  
 vel *alieno juri*, scil. *Patris fam.* potestati subjectæ, & quidem  
 vel *Dominicæ*, quæ est *imperium Patris fam. in servos*; De quibus  
*supra p. 24.*  
 vel *Patriæ*; quæ est *imperium Patris fam. in liberos eorumque bo-*  
*na*, *J. Rom. specialiter efformatum.* Hæc consideratur  
 I. *ratione causæ efficientis ac effectus.* & sic est  
 vel *Naturalis*; quæ *ex jure naturæ* descendit; cujus fundamentum  
 est *generatio*, & consistit in reverentia, quæ est æterna.  
 vel *Civilis*; quatenus *ex mero J. Civili* est formata & insignibus  
 effectibus aucta solisque Civibus Rom. propria; hinc ad *Jus*  
*Quiritarium* refertur. Cujus effectus considerantur  
 vel respectu *utriusque*, tam *Patris*, quam *filiorum ac filiarum*  
*fam.* Quorsum pertinet *Identitas personarum*; Unde nul-  
 lum inter ipsos *judicium*, nulla *obligatio*, nulla *donatio*.  
 vel *altrius*; ita, ut respiciat personam  
 vel *Patris fam.* cui in liberos competebat  
 1. *Jus vitæ & necis.* Quod tamen postea sublatum, faculta-  
 te modice castigandi liberos, vel ergastulo tradendi, patri  
 relicta.  
 2. *Jus exponendi partum sanguinolentum.*  
 3. *Jus acquirendi per liberos*; quod tamen postea valde  
 restrictum per distinctionem *Peculiorum*. De quibus  
*infra*  
 4. *Jus abdicandi*; qua *Pater* filium indignum e familia eji-  
 ciebat. v. WURFFEL. c. l. §. 75.  
 5. *Jus noxæ dandi* filium.  
 6. *Jus trinx venditionis.* Quod tamen j. novo mutatum;  
 excepto casu summæ necessitatis.  
 7. *Jus substituendi pupillariter.* De quo *infra*.  
 vel *fili filivæ fam.*; & quidem

a b

a. qua



a b

a. qua *commoda*; quod consequantur 1) Jus fuitatis & 2) dignitatem patris

b. qua *incommoda*; 1) quod nil proprii possidere possint, excepto Peculio. De quo infra. 2) quod absque consensu Patris nec nuptias contrahere, nec 3) mutuam pecuniam accipere possint.

II. ratione modorum *Constituendi*; qui sunt

I. *Iustæ NUPTIÆ*, s. MATRIMONIUM; quod est *viri ac mulieris conjunctio, sobolis procreandi gratia, individuam vitam consuetudinem continens*; quo ipso PP. constituitur in liberos, naturaliter & civiliter legitime quæsitos. Consideratur autem

a. ratione *Finis*, quem intendit; qui est

vel *Principalis*; ut *Sobolis procreatio*. s. *Mutuum adjutorium in thoro*. v. m. Anmerk. über die Pom. Kirchens Ordn. p. 204.

vel *Minus principalis*, s. *secundarius*; scil. *Extinctio libidinis*.

b. ratione *Formæ ac effectus*. Et sic est matrimonium

vel *Inchoatum*, ut SPONSALIA; quæ sunt *mentio* (scil. sponsæ, die *Arwerbung*) & *repromissio* (sponsæ, die *Zusage*) *futurarum nuptiarum*. Et hæc sunt

I. vel *de futuro*, scil. matrimonio; *consensu nempe in futurum matrimonium dilato*.

vel *de præsentis*, scil. matrimonio; *consensu in præsens matrimonium aequalato*.

Varum, hæc distinctio non est adæquata, nec fortitur sub suo genere; cum in spons. de præsentis jam adfit Consensus conjugalis; potius ex errore Pontificum nata; qui inde seducti, quod in S. Script. quandoque sponsæ idem nomen, eademque jura, quam veræ uxori, applicentur. Cujus distinctionis incongrua applicatio ad sponsalia pura & conditionata multos atque insignes peperit errores. Alii sponsalia de futuro confundunt cum Tractatibus; alii effingunt pacta futurorum sponsaliorum. Sed neutra sententia subsistere potest. Qua de re uberius egi im *Greifswaldischen Wochen Blatt* p. 65. 73. 82.

2. vel *Nuda*; 1. *simplicia*, cum simpliciter saltem facta fuit promissio.

a b c d e f

vel



a b c d e f

vel *Firmata*; cum aut *arrba*, aut earum vice pignora, puta *annulus*, aut *juramentum* accesserit.

3. vel *Propria*; quæ a *desponsatis ipsi* contrahuntur; & sunt vel *Expressa*; quando ipsi contrahentes expresse semet obligant.

vel *Tacita*; quando Pater, Mater, Patruus, immo, Tutores ac Curatores futuras nuptias sponponderunt, juvenibus præsentibus, nec contradicentibus; vel si quis publice pro sponso, vel sponsa, se gesserit.

vel *Impropria*; quæ *Procuratorio nomine ab alio*, speciali accedente mandato principalis, fuere contracta.

4. vel *Publica*; quæ *consensu illorum, quorum interest, & in præsentia duorum testium masculorum sunt inita*. Et hæc indistincte præferenda clandestinis, tam prioribus, quam posterioribus, ut ut concubitu, vel benedict. facerd. confirmatis.

vel *Clandestina*, quæ *clanculum contracta* ideoque invalida, Germ. *Koppeleyen*; sunt vero duplicis generis,

vel *Late*, s. *improprie* talia; quæ quidem in præsentia testium sunt contracta, *absque tamen consensu eorum, quorum consensum leges de necessitate requirunt*.

vel *strictè* s. *proprie*; quæ consensu quidem parentum, *absque ullis tamen, vel non sufficientibus, testibus* inita sunt.

Hæc clandestina sunt invalida, nec produunt actionem, nisi aliunde probari possit, quod quis consensum confessus fuerit, vel publice semet pro desponsata persona gesserit. Quatenus hic præsentia testium sit de necessitate, saltem qua solennitatem, num vero qua veritatem probandam, itidem docui in *Greifswaldischen Wochen Blatt* p. 102. 105.

5. vel *Pura*; quæ sunt *consensu pure declarato*; & quidem vel *mutuo*, ab utraque scil. parte. Quæ vulgo cum sponsalibus de præfendi confundi, diximus.

vel *alterutro*; ubi scil. mentio ab una parte est simpliciter obligans; repromissio vero dilata.

a b c d e

vel



a b c d e

vel *in diem*, quando scil. intra certum temporis spatium consummatio matrimonii promittitur. Et hæc mox sunt obligatoria

vel sub *Conditione*, & dicuntur *Conditionata*; quæ fiunt consensu ad certum eventum suspenso; & quidem sub *Conditione*

vel *tacita*; cum illa suspensio consensus ex natura negotii & conditione contrahentium subintelligitur

vel *expressa*. De qua re supra p. 28.

vel *Perfectum*; ad quod jam *accessit consensus matrimonialis*; & est vel *Solennis* certis *intervenientibus solennitatibus*; ut apud

Rom. antiquos *Confarreatione* & *coemitione*, nec non *simulato raptu*; quem ultimum ritum quoque Germani ab iis mutuavere, qui illum exprimunt per formulam loquendi: *wenn sie die Deefe beschlagen*. Apud Christianos vero *Benedictione sacerdotali*, prævia publica *Proclamatione*, s. *Banno*.

vel *minus solennis*; quod fit sine adhibitis istis solennibus & solo consensu conjugali absolvitur. Quale erat Rom. per *usum contractum*.

Hoc Canonistæ dicunt *sponsalia de presenti*; sed valde incongrue, ut antea demonstravimus. Incipiunt vero ab hoc tempore regulariter effectus civiles legitimi matrimonii; utp. communio bonorum & successio &c. v. Disp. m. de Juribus viduarum nobil. Pomer. p. 6.

vel *Consummatum*; quod insuper *concubitu est firmatum*. A quo tempore incipiunt effectus matrimonii naturales ac morales, ab unitate carnis dependentes. Et hoc de J. Canon. est

vel *Legitimum & ratum simul*; quod a fidelibus, secundum Leges & modum a Legibus præscriptum, est contractum. vel *Legitimum, sed non ratum*; quod ab infidelibus secundum Legum præscripta contractum.

vel *Ratum, sed non legitimum*; quod contractum a fidelibus, sed non secundum modum, a legibus præscriptum; & j. Civ. æque ac Canon. illegitimum; estque

a b c d

G

vel



a b c d

vel *Incestum*, quod in gradibus prohibitis a personis proxime conjunctis est contractum.

vel *Inutile*, s. *Indecorum*, s. *Noxium*; quod J. Civ. & Can. ob certas rationes civiles est prohibitum, & quidem

vel *in totum*; ut J. Civ. in Servis & Peregrinis; qui saltem *Contubernium* contrahebant; Hodie v. legitimum contrahunt matrimonium.

vel *in tantum*, inter certas personas. v. HOPP. in Com. ad §. ii. J. de Nupt.

c. Ratione *substantia*, s. *Requisitorum* sponsaliorum ac matrimonii; Quo pertinet

1. CONSENSUS, & quidem

a. *Contrahentium*; qui substantiale est omnis contractus, & est

vel *Preparatorius*, qui consistit in *Tractatibus*; qui non sunt obligatorii. v. *sup. p. 20.*

vel *sponsalitiuus*, qui datur in sponsalia perfecta, & validus est; Modo non vi metuque injusto sit extortus, vel perplexitate verborum contortus.

vel *matrimonialis*; qui datur in ipsum matrimonium perfectum. De quibus antea dictum.

b. *aliorum*, quorum inter est & qui de jure exigitur; utp. 1) Parentum. 2) Tutorum ac Curatorum. 3) Cognatorum. 4) Dominorum in hominibus propriis. 5) Praefectorum in militibus gregariis.

2. HABILITAS personarum contrahentium, & quidem vel *Naturalis*,

a. ratione *sexus*; quod non nisi inter homines utriusque sexus fit ineundum. Excluditur ergo *Sodomia* & *Matrim. Hermaphroditii*.

b. ratione *etatis*, quæ ab utraque parte requiritur justa, ratione termini  
vel a quo; ut *Pubertas*.

vel ad quem. Excluduntur ergo *Decrepiti*.

c. ratione *judicii*. Excluduntur ergo *Furiosi* & *mente capti*.

a b c d e

b c vel



- a b c d e
- vel *Moralis*; qua certæ personæ ob COGNATIONEM jungi prohibentur; eamque  
 vel *Veram, Naturalem, f. sanguinis*; quæ contrahitur  
 vel in CONSANGUINITATE; quæ est vinculum personarum, ab eodem stipite descendendum. & est  
 vel *Legitima*, quæ *justis nuptiis* contrahitur;  
 vel *illegitima*, quæ ex *illegitimo concubitu*. Utraque impedit matrimonium.
- Qua hanc materiam, scil. prohibitionis matrimonii ob cognationem, consideranda sunt
1. GRADUS; qui est *distantia personarum ab eodem stipite descendentium*.
  2. LINEA; quæ est *series personarum, f. plurium graduum*. Et est  
 vel *Recta*, qua *recta via* incedo; eaque  
 vel *Ascendens*; qua *sursum* a nepote ad avum ascendo;  
 vel *Descendens*; qua *deorsum* ab Avo ad nepotem decurro.  
 vel *Collateralis, f. Obliqua*; quæ continet a latere junctas personas. Et est  
 vel *Aqualis*; quando *personæ utriusque lineæ equaliter* a communi stipite distant.  
 vel *Inæqualis*; ubi altera eidem proximior, altera vero remotior apparet.
- Plures lineæ connexæ si conspectui exhibeantur, dicitur *Schema, f. Arbor consanguinitatis, ein Stamm-Baum*.
3. COMPUTATIO GRADUUM, quæ est  
 vel *Juris Civilis*; qua *tot numerantur gradus, quot sunt personæ*; seu: *quot personæ, tot gradus demta una*.  
 vel *J. Canon.* quæ in linea recta cum priori coincidit; qua lineam collateralem vero, cum ex per-  
 verso intellectu regulæ J. Civ. communem stipitem demat, haud transire potest per eum in li-  
 neam.
- a b c d e f g h G 2 e b neam



a b c d e f g h

neam adversam; hinc observat Reg. *Quoto gradu persona, de quarum cognatione quaeritur; & quidem si linea est inequalis, remotior distat a communi stipite, tot gradus inter se distant.*

4. PROHIBITIO graduum; quæ dijudicanda

a. Jure *Natura*; & matrimonium prohibetur inter Ascendentes & descend. in infinitum.

b. J. *divino positivo universali*; Lev. XVIII. XX. ubi non tantum personæ, ibidem denominatæ; sed etiam gradus prohibentur; & quidem inter fratres & sorores & alterutrius descendentes; itidem in infinitum, ob *Respectum Parentela*.

c. J. *Civili Rom.* quod ex asse cum jure divino convenit.

d. J. *Canonico*; quod prohibitionem hodie ad 4tum gradum suæ computationis inclusive, extendit.

e. J. *Pomeranico hodierno*, inter Fratrum & Sororum liberos; salva tamen dispensatione Principis.

De hac materia plenius agendum erit in m. *Anmerkungen über die Pom. Kirchen-Agende.*

vel in *AFFINITATE*; quæ est *conjunctio diversarum Cognationem per nuptias*, s. est *conjunctio inter alterum conjugem & alterius conjugis cognatos*. Et mediante

linea incurvata indigitatur in schemate. Hujus fundamentum est *identitas carnis inter maritum & uxorem*. Ideoque obtinet Regula: *Quoto gradu prohibita sunt nuptia in Consanguinitate, eodem gradu etiam prohibita sunt in affinitate*. Suntque 3 ejus

genera; quæ constituuntur, quoties novum inquit matrimonium; mutato sexu. Quorum tamen primum hodie saltem prohibitum est.

vel *Fictam*, quæ a jure fingitur; & est

vel *Civilis*; quæ mero *J. Civili*, utp. per *Adoptionem* contracta; quæ tamen hodie non attenditur.

vel *Canonica*; quæ J. *Canonico* inducta; utp.

a b c d e

i. per



a b c d e

1. per Sacram. *Baptismi*; qua contrahitur Paternitas inter baptizantem & baptizatum; Compaternitas inter baptizantem & baptizati parentes, item hos & Paternos; Confraternitas, quæ liberos baptizantis, vel patrino- rum & baptizatum intercedit. Sed nec hæc hodie am- plius attenditur.

2. per Sacram. *Confessionis*; inter confitentem & confessio- narium; qui inde *Beicht-Vater* und *Beicht-Kinder* ap- pellantur. Et hæc non minus hodie evanuit.

vel *mere Civilis*; utp. jure Rom. requirebatur ut Contrahen- tes sint *Cives Romani*;

3. *Accidentalia* matrimonii sunt

a. PACTA DOTALIA; quibus inter conjuges jura dotium & lucri, post mortem alterutrius a supervivente percipiendi, determinantur. Et sunt

vel *simplicia*; quæ *per modum contractus* ineuntur; hinc duo sufficiunt testes & sunt irrevocabilia.

vel *Mixta*; quæ *per vim ultimæ voluntatis*; & vulgo 5. de- siderant testes; & J. Civ. sunt revocabilia.

b. BONA, & quidem

vel *Desponsatorum*; quo pertinet

1. *Arrha sponsalitia*; quæ datur in confirmationem con- tractorum sponsaliorum.

2. *Sponsalitia largitas*; quæ fit inter personas despon- satas ad amorem & affectionem conciliandam.

vel *Conjugum*; quo pertinent

1. *Morgengaba*, quam novus maritus dat novæ conjugi in præmium defloratæ virginitatis.

2. *Dona nuptialia*, quæ hospites noviter nuptis offerunt, & indubio sunt communia; si vero altera pars Con- jugum sumtus Convivii nuptialis tulit, ei quoque soli cedunt.

3. *Illata uxoris*; quæ bona sunt

vel DOTALIA; quæ uxor marito adfert ad sustinenda matrimonii onera. Quorum dominium civile ac- quirat maritus. Est vero DOS

a b c d e f g

G 3

1. vel



a b c d e f g

1. vel *Profectitia*, quæ a patre, qua tali, non habito respectu P. Pot. proficiscitur.

vel *Adventitia*, quæ a matre aliisque extraneis constituitur.

2. vel *Promissa*, quæ & *cauta* dicitur, quando maritus eam accepisse confessus est, cum tamen non acceperit.

vel *Tradita*, i. *data*, f. *illata*; & quidem

vel *inæstimato* data,

vel *æstimato*, & hoc casu

vel *Taxationis*,

vel *Venditionis* gratia. v. BOHM. in *Comp. ff.*

*Tit. de J. Dot.* & HELWIGII *Disp. de Dote æstimata*. Gryhp. 1723.

vel *Paraphernalia*; quorum usumfructum marito concessit.

vel *Receptitia*, quæ pleno jure uxor sibi retinet, ut pro arbitrio de iis disponere possit. Germ. *Spiel- oder Schatullen-Gelder*.

4. *Donatio propter nuptias*; quæ fit a marito in securitatem & remunerationem dotis; ita, ut uxori in rebus immobilibus competat dominium civile, absque tamen usufructu & administratione, quæ manet penes maritum durante matrimonio; in mobilibus v. hypotheca. *Nov. 61.* & requirebatur doti æqualis quantitas. *Nov. 97. C. 1.* Jure novissimo inutilis plane hæc donatio, cum uxor gaudeat Jure Prælationis ante omnes Creditores.

vel *VIDUARUM*; quorsum pertinet

1. *Portio statutaria*; legalis illa quantitas, quam uxor ex lege, vel statuto, post mortem mariti ex bonis ejus, tanquam heres statutaria, capit.

2. *Lucrum*, i. *Augmentum Dotis*, quod est dimidia pars dotis.

3. *Dotalium*, quod est usufructus, a Marito uxori in compensationem dotis post mortem suam in bonis suis constitutus. Germ. *Leibgeding*. Adeo, ut ratione dotis illatæ quadruplum ipsi in redditibus concedatur. v. g. von 1000 *Rthlr.*, 200 *Rthlr.* revenues; Et sic absorbet dotem.

a b c d

De



a b c d

De hisce bonis & juribus Viduarum ex professo egi in *Disp. de Juribus Viduarum Nobil. in Pomerania. 1751.*

4. *Affinia* matrimonii sunt

a. CONTUBERNIUM. De quo supra p. 50.

b. CONCUBINATUS; qui est *conjunctio viri & mulieris diurnae cohabitationis & concubitus gratia, ad procreandam sobolem, citra tamen affectionem maritalem inita.*c. MATRIMONIUM CONSCIENTIAE, quod est *conjugium mutuae cohabitationis gratia sine solemnibus contractum; & sola conjugum fide sustinetur.*d. MATRIM. AD MORGANATICAM; quod est *matrimonium inaequale, hac conditione initum, ut uxor, pariter ac liberi inde nati, accepta certa bonorum portione a reliqua hereditate, immo & dignitate paterna excludantur.*5. *Contraria* se se exerunta. in *omittendo*; ut COELIBATUS, s. HAGENSTOLTZIATUS & VIDUITAS.b. in *committendo*; quo spectant delicta carnis; ut1. STUPRUM, quando quis *citra affectum conjugalem* cum aliqua persona rem habet. Cujus species sunt *Fornicatio*, quando quis cum *meretrice, s. sorto, s. prostibulo, qua palam corpore questum facit, vagam libidinem exercet.* v. WURFF. c. l. §. 499. *Incestus*; de quo supra p. 50. *Lenocinium*. De quibus infra, sub materia *Delictorum*, plurius.

2. ADULTERIUM, de quo mox.

3. SODOMIA; de qua itidem infra c. l.

4. POLYGAMIA; quando *plures conjuges matrimonio junguntur.* Estquevel *successiva*; quando altero conjuge mortuo superstes cum novo contrahit matrimonium. Hæc j. divino licita, quamvis Patribus primitivæ ecclesiæ quoad tenus fuerit suspecta & exosa. Hodie J. Canon. in secundas nuptias certæ sancitæ sunt pœnæ; quæ respiciuntvel *anticipationem eorum intra annum luctus*; & hæc hodiernum obtinent.

a b c d e

vel



a b c d e

vel *simul favorem liberorum prioris matrimonii*; & itidem hodiernum valent.

vel *merum odium secundarum nuptiarum*; & hodie plane cessant.

vel *simultanea*; quando quis præter conjugem, quæ adhuc est in vivis, aliam superinducit; Et est

vel *Virilis*, s. *Polyandria*, cum una uxor pluribus maritis est nupta. Quæ nullibi unquam obtinuit.

vel *Muliebris*, s. *Polyginia*, si unus maritus plures eodem tempore sibi jungit uxores; quorum prior atque principalis nomine *Matrone*; reliquæ *Pellicum* nomine veniunt; & dicitur hæc conjunctio in specie *Pellicatus*. v. WURFFEL. c. 1. §. 499.

c. in *Dissolvendo*; scil.

vel *Sponsalia*, quod dicitur *REPUDIUM*; & levioribus ex causis admittitur.

vel *Matrimonium*; & dicitur *DIVORTIUM*; quo matrimonium vel *nullum* declaratur; utpote

1. ob *errorem* circa substantialia, utpote virginitatem, non accidentalia, e. g. dotem promissam. v. p. 17.

2. ob *impotentiam* naturalem; non accidentalem; & quidem ante, non post matrim. supervenientem.

3. ob *metum* non vanum, sed justum,

vel *validum iterum rescindendum*; & quidem

vel in *tantum*, quod dicitur *separatio* qua thorum & mensam, & fit salvo vinculo matrimoniali,

vel *ad tempus*.

vel *in perpetuum*.

vel *in totum*, quoad ipsum vinculum; Quod contingit

vel *modo naturali*; ut *MORTE*; quæ omnia solvit; modo probetur.

vel *Civili*; quo spectat

1. *Adulterium*; quod de *J. Civili* est *violatio thori alieni*; & sic a marito non committitur; de *J. Canon.* vero

est *violatio fidei conjugalis per concubitum cum alia persona*; & sic ab utraque parte committitur.

Illud

a b c



a b c d

Illud hodie in criminalibus; hoc in civilibus attenditur; estque

vel *Præsumtum*; quando nempe *justæ adfunt præsumptiones, s. indicia, conjugem cum alio rem habuisse.* Et hanc ob causam, etiam locum quidem habet divortium, non vero pœna criminalis ordinaria dictari potest.

vel *Verum*; quando *legitimis probationibus conjux adulterii convicta.* Et hoc est

vel *simplex*; quod committitur

vel inter *solutam & conjugatum.*

vel inter *solutum & conjugatam.*

vel *Duplex*; quod *utrinque inter conjugatas personas* committitur.

2. MALITIOSA DESERTIO; quæ contingit

vel *animo*; si quis alteri perpetuas fruit vitæ infidias, vel debitum deneget conjugale.

vel *corpore*; & tum contra absentem instituitur *Processus desertionis*, quo deserens trinis vicibus publice citatur, & eo contumaciter emanente, uxor, si velit, ab eo qua vinculum separatur iterum nubendi facultatem accipit.

II. LEGITIMATIO; qua PP. constituitur in liberos naturaliter, non vero civiliter legitimos; & est *actus, quo liberi illegitimi fiunt legitimi.* Quæ fit

a. per SUBSEQUENS MATRIMONIUM; quando scil. *quis illam personam, ex qua filium naturalem suscepit, in matrimonium ducit*, vel declarato saltem consensu matrimoniali. Quem modum introduxit Imp. CONSTANTINUS M. Hujus

I. *Requista* sunt, ut

1. Liberi ex tali persona sint suscepti, *ad quam Pater solus habuit accessum.* Hinc excluduntur *ipurii, adulterini, incestuosi.*

2. ut legitimandi, si consentire possint, *consentiant*; non quidem qua effectum legitimitatis, quæ etiam liberis invitis contingit, sed qua effectum PP. Quia invitus nemo fit filius fam.

a b c d e

H

3. si



a b c d e

3. si sint plures liberi naturales, exprimantur *quinam ex illis legitimari debeant.*

II. *Effectus* est, ut *tribuat omnia jura legitime natorum*; utuntur insignibus paternis ac gentilitiis, immo, consequuntur nobilitatem patris, succedunt parentibus in Feudis & Majoratibus; admittuntur ad dignitatem doctoralem & collegia opificum.

b. per RESCRIPTUM PRINCIPIS, quando scilicet *Princeps eosdem legitimos pronunciat*, ubi prior locum habere non potest; & hæc est

1. ratione *causæ efficientis*, quod fiat

vel ab *Imperatore*; cujus effectus semet per totum Imperium extendit. Et fit

vel *immediate*; in *personis illustribus*; & refertur ad *Reservata Imperatoris.*

vel *mediate*, a COMITE PALATINO, cui hanc potestatem commisit Imperator.

vel a *Principe territoriali*, vi superioritatis territor. & iterum

vel *immediate*;

vel *mediate*, a Regimine provinciali.

2. ratione *modi* est

vel *Ordinaria*; quæ regulariter fieri solet, nullis aliis extantibus liberis legitimis; & hanc regulariter exercent Comites Palatini.

vel *Extraordinaria*, quæ potius *Dispensatio* & regulariter a solo Principe exercetur *ex plenitudine potestatis*; quoties scilicet

vel res est *gravioris momenti*; utpote, si prior per subsequ. matrim. etiam locum adhuc invenire possit.

vel etiam *prejudicium tertii* concurrat; quod semper exprinendum est.

3. ratione *effectus*; quod fiat

vel ad preces *Patris*; q. c. simul sui heredes efficiuntur & succedunt cum aliis liberis legitimis. v. *Nov. 74. C. 2.*

vel *Liberorum*; & quidem

a b c d

vel



a b c d

vel *Patre* hoc in Testamento ita *volente*; qui in allodialibus nihil differunt a legitimis aliis.

vel *ignorante*, aut mortuo, nec tale quid disponente, quo casu tantum fiunt patris heredes ab intestato.

vel denique eo plane *prohibente*, q. c. restringitur saltem ad personam legitimati, ne scilicet a Collegiis aliisque dignitatibus excludantur.

*Differt* hæc legitimatio per Rescr. Principis ab ea, quæ fit per subsequens matrim.; quod regulariter non tanta tribuat jura legitimatis ac hæc; quia hic nuptiæ nullæ intercessere, & veritas naturæ Principis auctoritate mutari haud potest. Sic

1. non consequuntur patris dignitatem ac nobilitatem.
2. nec regul. in feuda, vel Jus Primogenituræ, vel Majoratus, succedunt.
3. a Dignitatibus Ecclesiasticis, ut & Emphiteusi ecclesiastica excluduntur.
4. Donationes non revocant ex capite supervenientium liberorum.
5. nec continentur in Statutis, masculis legitimis extantibus, fæminas excludente.

c. per OBLATIONEM CURIÆ, quando nempe Pater filium suum naturalem in album Curialium, s. Decurionum. i. e. Senatorum Civitatum municipalium, referri fecerit; vel, si quæ in matrimonium collocata fuerat Curiali.

Cum enim officium Curialium olim molestissimum esset, ut homines illud declinare solerent; Hoc beneficium huic muneris est tributum; quo eo magis homines ad id subeundum invitarentur.

Hodie v. cum hæc munera non amplius fugiunt homines, sed potius precibus pretioque ambiunt, cessante causa, cessat etiam effectus. Quod si tamen Princeps sciens spurium confirmaverit, tacite legitimatus censetur. Alium casum, quo spuria, Senatori nupta, pro legitimata ab illustr. Reginine Pomeraniæ contra STRYCK. in *Um. ff. h. t.* declarata fuit, exhibet Dn. PH. B. GERDESIUS in *Coll. Msct. ad ff. h. t.*

a b c d

H 2

d. per



a b c

d. per REVOCATIONEM *fili* ingrati; si nempe emancipatus, ob ingratitudinem erga patrem commissam, in pœnam retrahitur in pristinam potestatem.

III. ADOPTIO, Germanice: *Anwünschung*, adoptare enim nil aliud est quam *adlegere*; & est actus, quo *is, qui natura liberi non sunt, in locum liberorum assumuntur*; modo adoptans 18 annis major fit adoptando. Et est

vel ADOPTIO *inspecie*; quæ est *hominis, qui adhuc in potestate Patris est, autoritate cujusvis Magistratus, tacito accedente adoptandi consensu, in filium assumitio*. Et est

vel *Regularis*; quam suscipit masculus 18 ann.

vel *Imperfecta, s. Minus plena*, quæ fit *ab aliquo extraneo*; Qua quidem adoptatus manet in potestate patris naturalis, succedit tamen patri adoptanti ab intestato cum liberis legitimis.

vel *Perfecta, s. Plena*; quæ fit *ab aliquo ascendente*; hinc patris naturalis potestas solvitur & adoptatus transit in familiam & potestatem patris adoptantis.

vel *Irregularis*; qua etiam vidua in solatium liberorum amissorum; immo, secund. Nov. Leonis 27 etiam Virgines adoptare possunt.

vel ARROGATIO; quasi adrogatio, quia per rogationem in Comitibus fiebat; v. WÜRFFEL. c. l. §. 71. & est *actus legitimus, quo persona sui juris, expresse consentiens, causa cognita, Principis rescripto in filium assumitur*; Et est

vel *Puberis*; qui plene transit in potestatem arrogantis cum omnibus bonis; & succedit arrogatori non solum ab intestato, sed etiam ex Testamento; arrogator vero huic saltem ab intestato.

vel *Impuberis*; quæ olim non erat licita; Hodie vero admittitur; Modo præcedat

a. *Causæ cognitio*; qua inquirendum, an expediat pupillo; ad mores & facultatem, item affectum & conjunctionis necessitatem arrogantis; denique ad liberorum, quos forsitan jam habet arrogator, numerum.

a b

b. *Cautio*



a b

- b. *Cautio fidejussoria*; qua arrogator cavere debet
- a. *si intra pubertatem pupillus decesserit, restitutum se bona illis, qui, si arrogatio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent.*
- β. *se nolle filium arrogatum, licet ex justa causa, exheredare, aut emancipare*; alias se velle ipsi, præter bona, quæ ad arrogantem attulit, *quartam bonorum suorum partem*, ab intestato alias debitam, relinquere; Modo non, causa cognita, dignus emancipatione fuerit arrogatus. Quo casu hic tantum recipit bona, quæ ad patrem arrogantem attulit.

Hodie non quidem abrogata est Adoptio, usu tamen magis frequens est UNIO, s. PARIFICATIO PROLIUM, Germ. die Einfindschaft; quæ itidem est *actus legitimus, quo liberi, ex diversis matrimoniis nati, ratione successionis a Parentibus exaquantur, ut tanquam ex uno matrimonio nati habeantur.* Cujus requisita de *Jure Lubec.* sunt, ut fiat

1. consensu prævio & in præsentia, non solum ipsorum parentum, sed & ipsorum uniendorum; modo non sint infantes; nec non utriusque lineæ cognatorum & consanguineorum proximorum; item Tutorum ac Curatorum in Pupillis & Minoribus.
2. coram Magistratu competente; qui
3. hisce omnibus præsentibus diligentem & accuratam instituat cognitionem & excussionem facultatum utriusque conjugis, &
4. desuper Decretum concedat & hæc omnia in scripturam & acta redigi curet.

Hanc plerique adoptioni substituunt; a qua tamen maxime discrepat; cum potius sit pactum successorium, nec patriam potestatem transferat. v. WURFFEL. c. l. §. 74.

- II. ratione modorum *dissolvendi P. P.* qui sunt
- vel *Communes*, tam *patri*, quam *filio*, ut *MORS*
- vel *Naturalis*; quæ est *separatio vinculi inter animam & corpus*. Præsumitur autem homo ad centum annos vivere. Hoc modo tamen nepotes recidunt in potestatem patris sui.
- vel *Civilis*, s. *CAPITIS DIMINUTIO*; quæ est
- vel *Maxima*. De qua *sup. p. 27.*

a b

H 3

ve



a b

vel *Media*. De qua p. 44.

vel *Minima*; qua status Familix tantum mutatur; ut

a. in *Adoptione plena*, quæ tamen proprie saltem P. P. in alium translatio est.

b. *Arrogatione*. De utraque itidem supra p. 60. actum est.

c. *Emancipatione*. De qua mox dicemus.

vel *Proprii*; & quidem

vel ex persona *Patris*; utpote, si filio injuste deneget alimenta.

vel *Filii*; utpote

1. PRÆSCRIPTIO 30. annorum.

2. DIGNITAS

a. *Patriciatus*; quam sustinet Consiliarius Imperatoris intimus, & aliorum Principum Imperii. det *Premie Ministre*.

v. §. 4. *F. Quib. mod. P. P. solv.*

b. quæ a *Curia*, i. e. officio *Decurionum* liberat; ut *Consulatus*, *Præfectura militaris*, *Episcopatus*, et alix; v. l. f. C. de *Decur.*

Hoc tamen, quod nempe ob dignitatem solvatur P. P. intelligendum saltem qua incommoda, non v. qua commoda, quæ retinet filius; adeo, ut pater ne quidem hic retineat dimidiam partem usufr. in bonis liberorum. v. HOPP. in *Com. ad d. .§ 4.*

3. ABDICATIO; De qua supra. p. 46.

4. EMANCIPATIO, quæ est *fili a manu datio*; & dicitur a *mancipatione*, quia pater filium in dominio *Quiritario* habebat, ideo, ad transferendum id in alium *mancipatione* ac *manumissione* domini *fiduciarii* opus erat. Et hæc est

vel *Romana*; quæ est actus legitimus, quo *quis, expresso interveniente consensu*, solenni modo e P. P. dimittitur.

v. HEINECC. *Antiquit. Rom. L. 1. T. 12. §. 7. sq.* Cujus species sunt:

1. *Legitima*, quæ olim fiebat *imaginaria venditione per aes & libram*; & quidem in filiis trina, in filiabus vero & nepotibus una *venditione & manumissione*; adjecto de *remancipando*, s. *manumittendo*, pacto *fiducix*; unde *emtor fiduciarus*.

2. *Ani-*



a b

2. *Anastafiana*; quæ fieri cœpit ex Edicto Anastafiano, per Refcriptum Principis, ad preces patris.
3. *Justiniana*; quam JUSTINIANUS, sine principali Refcripto *apud Judicem* fieri, permifit.
4. *Leonina*; quæ fecundum Imp. LEONIS *Nov. 25. in fin.* contingit, *fi filius vitæ rationes ex tacito Patris confenfu separatim inftituit*, licet matrimonium haud contraxerit. Verum, hæc *Nov.* in Praxi non obtinet.

In hac emancipatione expreffa Pater retinet dimidiam partem ufufr. in bonis filii emancipati; Quemadmodum & filius ingratus in P. P. revocari potest; ut supra p. 60. notavimus.

vel *Germanica*; quæ

vel *Exprefsa*; ut SEPARATIO LIBERORUM; quæ Jure Lubecenfis est vel *totalis*; Germ. *Abfonderung*, quando parens viduus ad fecunda vota tranfiturus, liberis, ex priori fufceptis, intervenientibus actis, partem bonorum assignat, qua debent esse contenti; ita, ut parenti cum reliquis non feparatis haud fuccedant; & plerumque fit per divifionem nach *Scheffel und Faß*.

vel *partialis*; quæ faltem absolvitur nuda *affignatione* certæ portionis bonorum cum extraditione maternorum; quæ dicitur *ein Ausfpruch*, quæ non tollit jus fuccedendi.

Verum hæc feparatio liberorum non tollit nexum P. P. fed faltem jus fuccedendi; ideoque huc proprie non fpectat, fed referenda ad materiam fucceffionis.

vel *tacita*, quæ per *mores Germaniæ* *citra expreffum confenfum* in ducitur; & quidem

1. in *filiis* per contractum matrimonium & fimul inftitutam feparatam œconomiam.
2. in *filiabus* per folum matrimonium; tranfeunt enim hæc in tutelam ac curam mariti.

vel *fui juris*, qui quæve neque in poteftate dominica, neque patria, fed ipfi ipfæque patres ac matres famil. funt, & fibimet ipsis acquirunt. Et hi funt

vel sub TUTELA ac CURA. Ubi confideranda veniunt, vel utrique *propria*; & fic figillatim agendum est

a b

I. De



a b

I. De TUTELA, sub qua homines sui sunt juris usque ad annos pu-  
bertatis; Masculi ad 14. & foeminae ad 12. impletos; & dicuntur  
PUPILLI PUPILLÆVE; quasi *pupuli*, a *pupo*, vel *pupa*, tene-  
rum infantem notante. Germ. ein Püppchen. WURFF. c. l. §. 501.  
Est vero TUTELA *vis ac potestas in capite libero, ad tuen-  
dum eum, qui prater atatem se defendere nequit, jure civili  
data ac permiffa*. Qui eandem gerunt dicuntur TUTORES, quasi  
Tutores, & approbatio ejus, quod a pupillo geritur, dicitur  
AUCTORITAS. Est v. Tutela

i. ratione *causæ efficientis*,

vel TESTAMENTARIA; quæ a parentibus in testamento consti-  
tuitur liberis impuberibus, quos in potestate habent; &  
hæc est

vel *Propria*, l. *absoluta*, f. *simplex*, quæ per se subsistit;  
qua Pater liberis suis impuberibus, proxime in potestate  
constitutis, Tutorem dat.

vel *Impropria*, f. *confirmata* ob defectum aliquem, & quidem  
vel *sine inquisitione*, quando nempe aliquis ascendentium  
per virilem sexum constituit tutorem, aut defectus  
adeest ratione

vel *personæ accipientis*, si pater dederit tutorem filio  
legitimo quidem, sed non amplius in potestate  
constituto; vel etiam filio naturali.

vel *modi*; si pater quidem filio fam. sed non justo  
testamento dederit tutorem: Quod si tamen a pa-  
tre constitutus Tutor judici haud immerito videat-  
ur suspectus, tum iudex potius utilitatem pupilli,  
quam voluntatem patris respicit. l. 10. ff. de con-  
firm. Tut.

vel *cum inquisitione*, quando defectus adeest ratione personæ  
dantis; si nempe mater ac avia, vel maternus ascendens,  
aut extraneus, constituit tutorem; tum Magistratus su-  
perior confirmat cum inquisitione; inferior vero cum  
satisfactione. Hodie vero cujuslibet generis Tutores  
confirmantur cum inquisitione.

a b c d e

vel



a b c d e

vel LEGITIMA, quæ, deficiente testamentaria, *proximis pupilli successoribus immediate a lege defertur*, ob certissimam spem succedendi, si pupillus intra pubertatem decesserit; Ideo hic obtinet regula: *Qui proximior est ad successionem, proximior quoque est ad tutelam.* Et est

vel Ordinaria, s. Regularis, quæ, secundum communem juris ordinem, *proximis successoribus defertur.* Cujus species olim erant

1. AGNATORUM; quæ solis *Agnatis*, denen Schwerdmagen, oder Bettern, qui sunt per virilis sexus parentem cognati, defertur; quæ si aliis fuerit cessa, dicitur tutela *cessitia.* v. WURFFEL *e. l. §. 506.* Hodie vero tam agnati, quam cognati, unius gradus concurrunt.

2. PATRONORUM; quæ competit *Patronis eorumque liberis in manumissos impuberes.*

3. PARENTUM, quæ, ad exemplum prioris, competit *Patri in liberos emancipatos.*

4. Patrum, s. *Fiduciaria*, quæ competit

a. *Patri, si avus nepotem, vel neptem emancipaverit & mortuus fuerit.*

b. *Fratri majorenni, si pater, filio emancipato impubere, decesserit; licet fratris sui emancipati heres non sit.* v. WURFFEL. *c. l. §. 504.*

c. *Patruï, si quis, filio impubere emancipato, decedat fratremque relinquat.*

vel Extraordinaria, s. Anomala, s. Irregularis; quæ jure novo contra communes juris regulas, absque respectu ad ordinem successionis, defertur ante omnes cognatos

1. *Matri; & hac non existente,*

2. *Aviæ, aut duabus aviis simul; modo*

a. *sponte velint tutelam suscipere.*

b. *renunciant Scto Vellejano & secundis nuptiis.*

vel DATIVA, s. ATILIANA; quæ a Magistratu competente, scil. patris defuncti, datur; & est

a b c d

I

vel



a b c d

vel *Ordinaria*, quæ constituitur in defectum testamentariæ & dativæ.

vel *Extraordinaria*, in casu

1. si Tutor testamento sub condicione, vel ex certo die;
2. si pure datus, quamdiu ex testamento heres non exsistebat.
3. si Tutor ab hostibus captus erat, cujus reditus expectandus.

Addunt nonnulli 4. Tutelæ speciem, nempe *Pactitiæ*, quæ inter parentem & tutorem mutuo pacto constituitur, ob §. 9. *J. de Excusar. Tut. vel Cur.* Ast, hic non peculiaris species Tutelæ stabilitur; sed saltem dicitur, ejusmodi Tutorem, s. testamentarium, s. dativum, qui patri, tutelam se suscepturum promisit, non posse se excusare, licet causam habeat. J. Germanico tamen & *Pactitiæ* validam esse, vix admittet dubium.

2. ratione *finis* est

vel *Notitiæ* causa, quando Tutor, hac ratione constitutus, saltem reliquos tutores *gerentes instruit*.

vel *Honoris* causa, ubi Tutor reliquos gerentes saltem *observat*; quos, si causa subsit, accusare tenetur; ut sic quoque Magistratus est instar tutoris honorarii. *l. 13. §. 9. ff. de Excus. Tut.*

vel *Administrationis* causa; quæ *administratione rerum est occupata*, & simpliciter nomine tutelæ venit. Quod si horum plures constituti sint, potest unus se offerre. *v. §. 1. J. de Satisfat. Tut.*

3. ratione *effectus* est

vel *vera*; quæ *legitimo modo alicui delata*, & finitur, si pupillus, vel pupilla, annos minorennitatis adimpleverit; Hodie vero plerumque ad annos majorennitatis extenditur.

vel *Quasi*, quando quis pro tutore habetur, quod se sponte ingesserit, vel ex errore eandem administraverit, & hic dicitur **PRO TUTOR**.

vel *falsa*, quando quis dolo semet ingesserit, & dicitur **FALSUS TUTOR**.

a b c

II. De



a b

II. De CURA; quæ durat, tam in Masculis, quam fœminis, usque ad annos majorennitatis impletos & dicuntur *Minores*, it. *Curandi*; *Minderjährlige*; Est vero CURATELA potestas administrandi bona eorum, qui ob defectum quendam rebus suis ipsi superesse non possunt. Et qui eandem gerunt dicuntur CURATORES; & approbatio, quam interponunt actibus Minorum, dicitur CONSENSUS. Constituitur autem curatela vel respectu *Personarum*; licet Curator principaliter detur rebus, Tutor vero personæ. Et hæc itidem est vel *Regularis*; quæ ob defectum ætatis locum invenit in *Minoribus*. Et hæc

1. ratione *causæ efficientis* olim solummodo dativa erat; hodie vero itidem, ut Tutela, est triplex.

vel TESTAMENTARIA; quæ olim, cum *Minores* inviti Curatorem accipere non tenebantur, haud obtinebat; Quod si tamen a patre datus fuerat, a Magistratu confirmandus erat. Hodie v. cum *Minores*, etiam inviti, curatorem accipiunt, indistincte locum habet.

vel LEGITIMA; quæ itidem olim non obtinebat; ob dubiam spem successionis agnatorum, quoniam Minor Testamentum condere poterat; Exceptio saltem erat in *Furiosis*, *Mentecaptis* & *Prodigis*, qui in Agnatorum tutela erant, quoniam Testamentum condere non poterant.

vel DATIVA, quæ unica species olim saltem erat in usu; cum *Minores*, non nisi volentes, acciperent Tutorem, præterquam in litem & ad certam causam. v. §. 2. *J. de Curat.* Hodie vero indistincte. v. HOPP. in *Com. ad h. §.*

2. ratione *finis* itidem ut Tutela, est vel *Honoris*, vel *notitiæ*, vel *Administrationis* causa.

3. ratione *effectus* est itidem vel *Vera*, vel *Quasi*.

vel Irregularis; quæ ob accidentalem quendam defectum constituitur

1. in *Pupillis*; utpote 1) si tutor non sit idoneus vel 2) ad tempus

a b c

I 2



a b c d

pus excusatur. 3) si suspectus postuletur, §. 5. de Curat. 4) si inter tutorem pupillumve judicio sit agendum. §. 3. J. de auctor. Tut. 5) si Tutor impediatur, & pupillus vel absens fit, vel infans, Tutor suo periculo constituit ACTOREM. v. §. 6. J. de Curat.

2. in Majoribus; utpote

a. Furiosis & mente captis; nec non Prodigis, civiliter talibus. v. p. 21. ut antea p. 67. observavimus.

b. Mutis & Surdis;

c. Perpetuo morbo laborantibus, volentibus tamen.

d. Fœminis; quæ j. Germ. in perpetua sunt curatela.

vel respectu Rerum tantum, nulla habita ratione personæ; & hoc intuitu datur Curator

1. ad LITEM; quæ dicitur *Litis Curator*, & datur ad res in judicio gerendas, quando ipsi domino in judicio stare non licet, vel tutor ad lites gerendas non sit idoneus.

2. BONORUM; qui constituitur a iudice legitimo, si quis bonis cesserit, citatis illis, quorum interest, ut *creditoribus respondeat, bona debitoris custodiat, administret, vendat & ex pretio reddat* Creditoribus solvat.

3. ABSENTIBUS; & ab hoc eadem sunt præstanda, quæ a Curatore Minorum; si vero diu absit, administratio proximis heredibus sub cautione permittitur, etiamsi sint fœminæ, vel Pupilli; quo ultimo casu Tutor pupillorum hanc curatelam gerit.

4. VENTRIS; cum *mulier prægnans in Testamento præterita* est, tum eadem Prætoris officio mittitur in bonorum possessionem, & ea pendente datur ipsi Curator, qui, pro facultatibus & dignitate defuncti atque mulieris, ipsi præstat necessaria ex bonis; Et si divisio hereditatis suscipiatur, semper 3 partes pro ventre seponendæ, cum fieri possit, ut tergemini nascantur.

vel utrique, tam Tutelæ, quam Curæ, *propria*. Quo spectat

1. DECRETI Magistratus impetratio; quod dicitur *Tutorium*, vel *Curatorium*, quo personam suam legitimare debet; Mandatum autem, quod Tutor Actori dat, dicitur *Actorium*.

2. SATISDATIO, s. CAUTIO; quæ est *securitas*, quam quilibet Tutor, vel Curator, præstare debet, quod fideliter & ex fide gerere velit; Et hæc ingenere est

a. *Nude*



a b

- a. *Nude promissoria*; qua *nudis verbis* quis fidem interponit. Et, cum verbis non sit credendum, haud sufficit.
- b. *Juratoria*, qua accedente *corporali juramento* fides datur. Quæ, licet in defectu alius validioris admitti solet, attamen in hoc gravi negotio non admittitur.
- c. *Pignoratitia*; quæ fit *pignoribus*, & licet plus securitatis sit in re, quam in persona, attamen nec hic sufficiens habetur; quia damnum, quod pupillo ex mala administratione obvenire potest, incertum est.
- d. *Fidejussoria*; quæ fit *dati fidejussoribus*, & toties locum habet, quoties incertum damnum metuitur; & ideo hic requiritur, & insp. venit sub nomine *Satisfactionis*. Hanc Magistratus mox ab initio a Tutoribus & Curat. exigere debet, alias mox ipse ante honorarios actione subsidiaria tenetur; Excipiuntur tamen in Testamento ex inquisitione dati. Hodie plerumque remitti ac negligi solet.

3. EXCUSATIO, qua Tutor vel Curator hoc onus declinat. Cum alias, dum munus est publicum, ad id suscipiendum invitus compelli possit. Spectatur autem hæc Excusatio

vel ratione *cause*, quæ debet esse legitima, & quidem est

vel *Propria*, s. *Voluntaria*, quæ præbet quidem excusationem, ita tamen, ut volens admittatur.

vel *Impropria*, s. *Neccessaria*, quæ repellit aliquem a tutela, ut ne volens quidem admittatur; Utriusque generis causæ promiscue recensentur. *Tit. XXV. J. de Excusat. Tut. vel Curat.* & respiciunt

vel *Tutelam & curam simul*; quales sunt pleræque;

vel *curam tantum*; ut

a. *Tutela antea gesta*;

b. *Maritus* ne volens quidem admittitur ad curatelam uxoris sui.

vel ratione *allegationis*; quæ consideratur

vel rationa modi; quod fiat

vel per *implorationem officii judicis*. *l. 13. §. 10. ff. h. t.*

vel per *exceptionem*, ita, ut alia post aliam uti liceat. *§. 16. J. h. t.*

vel per *appellationem*; si quis autem falsis allegationibus usus fuerit, non liberatur. *§. 20. h. t.*

a b c

I 3

ve



a b

vel ratione *temporis*; quod facienda sit *intra 50 dies*; qui sunt ratione initii utiles, quod non nisi scienti currere incipiant; ratione cursus vero continui. §. 16. h. t.

4. ADMINISTRATIO, qua Tutor & Curator curam gerere debet

a. pro *educatione ac alimentacione* Pupilli, vel Curandi sui, qui regulariter matri ad educandum relinquendi.

b. pro *conservatione ejus patrimonii*; Hinc necesse est

1. ut Inventarium, ein Fund-Buch, conficiat.

2. librum acceptorum & expensarum habeat;

3. Rationes quotannis reddat.

4. superflua bona vendat; immobilia vero cum decreto Magistratus.

5. pecuniam pupilli fœnori det & usuras residuas in sortem convertat.

5. POSTULATIO SUSPECTI, qua mox ipsi interdicitur administratio; & hæc consideratur

a. ratione *personarum*, quæ

vel suspecti postulantur, vel non. v. §. 2. & 12. J. h. t.

vel de suspecto postulant, vel non. §. 3. & 4. J. h. t.

vel coram quibus postulandi. §. 1. J. h. t.

b. ratione *causæ*, quod

vel non ex fide gesserint, licet solvendo sint.

vel quod jam, antequam gesserint, quasi suspecti sint. §. 5. h. t.

c. ratione *effectus*, quod

1. solummodo *removeatur* suspectus & quidem, si ob *dolum*, sit infamis, ob culpam non æque. §. 6. J. h. t.

2. quandoque *insuper extra ordinem* punitur; utp.

a) si tutor latitans deneget pupillo alimenta. §. 9. h. t.

b) si præsens per mendacium, alimenta decerni posse, neget. §. 10. h. t.

c) si libertus fraudulentè administrat. §. 11. h. t.

3. quod *nunquam iterum admittatur* ad Tutelam, vel Curam, etiam si solvendo sit & satis offerat. §. 12. h. t. quia satisfactio malevoluntatis Tutoris animum non mutat, & fatius est, rem pupilli intactam servare, quam post vulneratam remedium querere.

6. ACTIONES Tutelæ & Curatellæ; & quidem primum contra *administrantes* Tutores & Curat. eorumque heredes ac *fidejussores*; quæ sunt vel *directæ*, vel *contrariæ*; deinde contra *Honorarios*; & denique in subsidium contra *Magistratum*. De qua re infra sub III. *Juris objecto*, de *Actionibus*, erit agendum.

vel *Neutro Jure* tenentur; ut sunt *MAJORENNES*, qui, sive Masculi, s. Fœminæ sint, 25. ætatis annum superarunt. De quibus supra p. 23 jam actum est.

De



## De II. JURIS OBJECTO.

DE  
REBUS.

RES denotat in sensu juridico *omne id, quod sua natura habile est, ut possit esse in bonis*, licet ob certam qualitatem non semper in iis sit; Modo non fit persona nec actio. Considerantur autem Res

vel ratione *qualitatis physicae*, s. DIFFERENTIARUM; quatenus sunt vel *extra* Patrimonium, s. dominium nostrum privatum; ita tamen, ut

vel *in usu*, non vero dominio privatorum sint; quales sunt

vel COMMUNES; *quarum usus omnibus gentibus patet*. v. WURFF.

*Jurisprud. definitiva §. 85.* Quo refertur

1. AER, qui consideratur

vel *absolute*; quatenus omnibus animantibus inservit ad spirandum.

vel *relative*; quatenus ad certum territorium est restrictus; & eatenus non est communis.

2. AQUA PROFLUENS, simpliciter considerata. e. g. ad hauriendum; & sic differt a Flumine.

3. MARE, scil. UNIVERSALE, s. *Oceanus*; qui universum orbem; vel integras ejus partes ambit. Non itaque *particulare*; quod est juris publici.

4. LITTUS MARIS; quod est *margo maris*, s. terra, in quam hybernus fluctus maris maximus excurrit. Differt a *Ripa*; quæ itidem est J. publici.

vel PUBLICÆ; *quarum proprietas & usus est certi cujusdam populi*; non vero privati. Et hæc sunt

vel *Publicæ in specie*; *quarum usus spectat ad omnes, qui sunt ex illo populo*. Quæ tamen hodie plerumque referuntur ad Regalia Principis. Huc pertinent

1. FLUMEN; quod est *aqua, quatenus alveo inclusa & perenni ductu per vicinas terras deducitur*.

2. PORTUS; qui est *locus mari vicinus, navigantibus contra tempestatem aeris marisve insultus refugium atque tutamen præbens*; Unde nomen *Wyck* deducitur. Vectigal quod hic Principi solvitur, dicitur *Portorium*.

3. RIPA

a b c d



a b c d

3. RIPA; quæ est *margo fluminis*; Et differt a *Littore*.

4. MARE, scil. PARTICULARE; quatenus possideri ac defendi potest. Et sic etiam hodie Littora maris huc pertinent. vel in PATRIMONIO PRINCIPIS; *quarum usus spectat ad Principem*, ut Rectorem Reipubl. Cujus bona ingenere sunt vel PATRIMONIALIA; quæ *tam qua proprietatem, quam qua usum, pertinent ad Principem*, qui eadem tanquam privatus possidet; die *Fürstlichen Chatoullen-Gelder*. Et hæc non sunt hujus loci.

vel DOMANIALIA; *quorum usus ad sustentationem Principis destinatus*. Unde vulgo *Domainen, Taffel-Gücher* dicuntur. Quorsum pertinent Præfecturæ regiæ; s. ducales, die *Königlichen, oder Fürstlichen Aemter*.

Hæc Respubl. ut uxor, Principi, quasi ejus marito, in dotem adfert, ideoque ab hoc, sine Statuum provincialium consensu, alienari nullatenus possunt; & si alienata sunt, a successore, pretio haud restituto, revocari possunt; Qui modus dicitur die *Reduction*. Quomodo bona domanialia in Pomerania fuerint reducta, & possessoribus nonnullis, sponte sement voluntati Principis submittentibus, instar alicujus æquivalenti tertia pars reddituum, das *Tertial* dicta, & colonia perpetua, die *perpetuelle arrhende*, ex gratia fuerit concessa, latius pertractavi in dem *Greifswaldischen Wochen Blat* p. 299. *sqq.*

vel REGALIA; quæ sunt *jura, summo Principi, in signum supremæ potestatis, ad dignitatem & utilitatem Reip. tuendam competentia*; & sunt

vel *Majora*, quæ *jura Majestatis* involvunt, hinc a solo Principe saltem possideri possunt.

Quorsum pertinet Jus territoriale eique annexa, ut Jus circa sacra, Belli & Fœderum, Milites legendi, Legatos mittendi, Leges ferendi & abolendi, Privilegia & Monopolia concedendi, Civitates, Castella, Academias & Judicia provincialia erigendi.

vel *Minora*; quæ etiam a Principe privatis concedi, vel locari possunt, quorum reditus tum Filco Principis inferuntur. v. supra. p. 42. Unde & *bona Fiscalia* dicuntur. In antiquis privilegiis veniunt sub nomine *Justitiarum*.

a b c

Huc
























anter deduxit B. LUDOVICI im Civil-  
s. 2. *sqq.* de causa debendi scribens in spe-  
, *sub n. 3.* Promisi, ex nota, textum  
sufficiunt verba: So erachten wir doch  
causa debendi exprimiret seyn muß) da  
auch jedes blosses pactum obligatorium  
in rationem, circa quam juris Canonici  
) zur Erhaltung Treue und Glauben, für  
wollen vielmehr, daß auch aus einem  
ento, darinnen keine causa debendi ent-  
executive geklaget, und Beklagter allen-  
exceptionibus in die reconvention, oder  
en Ausföhrung, verwiesen werden möge.

heilhafte Einreden, igitur morosorum;  
denotant tales exceptiones, quibus vel  
in conscientiam, intenditur mora, dilatio  
executionis evitatio, im Zeit-Gewinn;  
ea, vel in reconvention & conditione  
separato obtinetur scopus & finis.

missibiles exceptiones nonnullæ expri-  
ctu, verbis: Keine andere exceptiones.  
(quæ vox alias raro in bono accipitur  
er zugelassen werden, denn wo er in con-  
a wollte, daß seinen Briefen zuvor allbe-  
n geschehen, (exceptio solutionis & simi-  
die Sache, darum er beklaget werde,  
c 3 durch